
GAUDEO

APPENDIX
De arte
Scutaria sive Heraldica.

Anhang
Von der
Heraldischen
oder
Wapen-Kunst.

Für die Schulen der Gesell-
schafft JESU in der Ober-
Teutschen Provintz.
Verfasset
Von einem Priester erwehnter
Gesellschafft.

Cum Gratia & Privilegio Speciali Sac. Cæsar. & Cathol. Majest.
ac Superiorum permissu.

AUGSPURG/
Verlegts Matthias Wolff/ Buchhändler.
ANNO 1733.



APPENDIX
De arte Scutaria ſive Heraldica.

Quæſtiunculæ præviæ.

1. Cur ars hæc vocatur Heraldica?


Quia olim præco Cæſareus, vulgò *Heroldus*, & *inſignium gentilitiorum Rex* dictus, Equitum, priùs quàm hi ad *haſtiludia* ſive decurſiones equeſtres admitterentur, inſignia ſolebat recognoſcere.

2. Unde hæc ars originem traxit?

Ab armis, quibus olim quædam inſculpi ſolebant inſignia; arbitraria tamen, donec imperante Henrico Aucupe, qui ludos hujusmodi equeſtres inſtituit Scutaria certis cœpit legibus ac regulis definiri.

3. Quo pacto ex ſcutis ipſis nobilitas demonſtranda erat?

Ut primùm Eques, extra cancellos conſiſtens comparuit, cornu bis inflato ſcutum, aliáque illuſtrium natalium monumenta præconi ſive *Heroldo* recognoſcenda obtulit; quibus approbatis, duo cornua galeæ affigebantur in ſignum comprobatæ jam, nec ulteriùs comprobandæ nobilitatis. Hinc à Gallis ars Scutaria hodiedum vocatur *l'art du blaſon*, à cornu nempe inflato. In comperto quippe eſt



Anhang
Von der Heraldischen oder Wapen-Kunst.
Vorläuffige Fragen.

1. **Warum wird diese Kunst Heraldisch genennt?**

Weil vor diesem der Kayserliche Herold, sonst auch Wapen-König genannt, die Wapen der Ritter, ehe diese zu denen Turnieren oder Ritter-Spielen gelassen wurden, zu untersuchen pflegte.

2. **Woher nimmt diese Kunst den Ursprung?**

Von denen Waffen, welche man ehedessen mit allerhand Ehren-Zeichen nach eines jeden Belieben auszierte, bis nachgehends unter dem Kayser Heinrich dem Vogler, welcher diese Ritter-Spiel eingestellet, man anfieng gewisse Wapen-Reguln fürzuschreiben.

3. **Wie mußte man aus denen Wapen den Turnier-mäßigen Adel erweisen?**

Alsbald der Ritter vor den Turnier-Schrancken erschienen, stieß er zweymahl in das Horn: überreichte alsdann dem Herold, nebst dem Schild, die Gezeugnussen seines Adelichen Herkommens. Wann die Prob gemacht worden, hefftete man auf den Helm zwey Horn, zum Zeichen, daß der Adel seye vollständig erwiesen, oder, nach dem Kunst-Wort, zweymahl geblasen und gehörnet worden, auch hinfür nicht mehr zu erweisen seye. Dahero bey denen Frantzosen noch heut zu Tag diese Kunst ihren Nahmen Blason vom Blasen hat; massen gantz gewiß, daß selbe zu erst

eſt, artem hanc à Germanis primò excultam, indéque ad alias quoque nationes propagatam fuiſſe.

4. Quid deſignant tam diverſa ſcuta?

1. Quædam dominium. 2. Alia dignitatem, aut munia, 3. vel jus prætenſum, 4. vel juris antiqui, aut præclari cujusdam facinoris monumentum, 5. vel nomen ac familiam, 6. vel communitatem &c.

5. Quid de arte hac ſummatim commemorandum?

1. De Scuto. 2. De Tincturis. 3. De Figuris, quæ artis hujus tres præcipuæ ſunt partes. Tum de galeis, earúmque ornamentis, ac tegumentis; fulcris item & diſcerniculis Scuti, quæ partes ſunt minùs principales, agendum erit.

§. I.

De Scuto, ejúsque receptaculis ſive areis, & partitionibus.

1. Quæ eſt forma Scuti?

Olim admodum diverſa erat. Hodie in uſu potiſſimùm eſt quadrata, inferiùs in cuſpidem deſinens. Situs ſæpe olim inclinatus; hodie verò erectus eſt.

2. Quid Scuti area eſt, ſive ſolum?

Receptaculum ſeu ſpatium, colores & figuras complectens.

3. Quotuplex Scuti partitio per unicam lineam?

Quadruplex. 1. *Perpendicularis* ſive à ſummo ad imum, ut in Tab. I. Fig. 1. 2. *Horizontalis* ſeu tranſverſa Fig. 2. 3. *Diagonalis* ſeu obliqua dextrorſum Fig. 3. 4. Obliqua ſiniſtrorſum Fig. 4. Ubi obſerves velim, latus dextrum dici illud, quod lateri noſtro ſiniſtro obvertitur.

4. Qua

bey den Teutschen, und so dann auch bey andern Völckern seye aufkommen.

4. Was bedeuten so unterschiedliche Wapen?

1. Es seynd Herrschafft-Wapen, 2. Würck- oder Amts-Wapen, 3. oder Anspruch- 4. oder Gedächtnus-Wapen wegen einem alten Recht, oder Ritterlichen That, 5. oder Geschlechter- 6. oder Gemeinde-Wapen ꝛc.

5. Was ist von dieser Kunst in Kürtze zu melden?

1. Von dem Schild. 2. Von dessen Tincturen. 3. Von denen Figuren, welche die drey fürnehmste Theil dieser Kunst seynd. Alsdann solle von dem Helm, dessen Kleinodien und Decken; wie auch von den Wapen-Stützen, und Beyzeichen, welche die zufällige Theil seynd, gehandelt werden.

Erster Absatz.

Von dem Schild / dessen Feldern / und Durchschnitten / oder Theilungen.

1. Was hat der Schild für eine Form?

Vor Zeiten war selbe sehr unterschieden. Dermahlen gebraucht man sich der viereckigten Schilde mit einer unten zugespitzten Runde. Die Stellung war vor diesem zum öffdern gelehnt, dermahlen aber ist sie aufrecht.

2. Was ist ein Wapen-Feld?

Der jenige Platz, worauf die Farben und Figuren erscheinen.

3. Wie offt wird der Schild mit einer eintzeln Linie durchschnitten?

Viermahl. 1. Ablängig oder von oben herab, wie in Tabell. I. Fig. 1. 2. Uberzwerch Fig. 2. 3. Rechts-quer oder schreg von der Rechten zur Lincken Fig. 3. 4. Lincks-quer oder schreg von der Lincken zur Rechten Fig. 4. Wobey zu mercken, daß die rechte Seite die jenige seye, welche gegen unser Lincken gelegen.

4. Quæ Scuti partitiones per plures lineas?

1. Perpendicularis ſimul & horizontalis, inſtar crucis, cujus quatuor areæ appellantur *quadraturæ* (vide Tab. I, Fig. 5.) 2. Obliqua gemina ſive decuſſata inſtar crucis S. Andreæ Fig. 6. 3. Pythagorica Fig. 7. 4. Pyramidalis Fig. 8. 5. Pinnata Fig. 9. 6. Graduata Fig. 10. 7. Circularis Fig. 11. 8. Nubila Fig. 12. 9. Amygdalata Fig. 13. 10. Crumenaria Fig. 14 &c.


5. Quomodo Scutum ſecatur, ac dividitur?

Secatur per lineam perpendicularem, ut in Tab. I. Fig 1. diffinditur verò per horizontalem ſeu transverſam Fig. 2. Sic Scutum diffinditur per lineam horizontalem, ſecatúrque vel per perpendicularem dimidiatam Fig. 15. Vel per duas perpendiculares Fig. 16. Vel per perpendicularem & horizontalem Fig. 5. Vel per duas horizontales Fig. 17. Vel per duas horizontales & unam perpendicularem Fig. 18. Vel per duas perpendiculares & unam horizontalem Fig. 19. Vel per duas perpendiculares & totidem horizontales Fig. 20.

6. Quæ aliæ Scuti diviſiones?

Dividi poteſt Scutum in tres regiones, quæ dicuntur *caput*, *cor* & *pes*, ut in Fig. 17. Item in novem areas. Ubi ſequentia verba ſcutaria obſerves velim. In Fig. 20. regio ſuprema eſt a b c. Media d e f. Infima g h i. Latus dextrum a d g. Palus b e h. Latus ſiniſtrum c f i. Angulus dexter ſupremæ regionis a. Media illius pars b. Angulus ſiniſter c. Dextrum latus mediæ regionis d. Cor ſeu centrum e. Latus ſiniſtrum f. Angulus dexter infimæ regionis g. Media illius pars h. Angulus ſiniſter i. Prædictæ appellationes, arti huic propriæ, ſcitu ſunt neceſſariæ cùm ad Scuti analyſin, tum ad intelligendas figuras quas *honorarias* vocant.

§. II


1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
a b c
d e F
g h J

4. Was kommen für Durchschnitt heraus durch mehr Linien?

1. Der Creutz-Schnitt, dessen vier Felder man Quartier nennet (siehe Tabell. 1. Fig. 5.) 2. Uber Eck-Schnitt, wie St. Andreas Creutz Fig. 6. 3. Gabel-Schnitt Fig. 7. 4. Pyramiden-Schnitt Fig. 8. 5. Mauren- oder Zinnen-Schnitt Fig. 9. 6. Staffel-Schnitt Fig. 10. 7. Circkel-Schnitt Fig. 11. 8. Wolcken-Schnitt Fig. 12. 9. Mandel-Zug Fig. 13. 10. Taschen-Zug Fig. 14. rc.

5. Wie wird der Schild getheilet/ und gespalten?

Er wird getheilt durch ablängige Linien, wie in Tabell. 1. Fig. 1. gespalten aber durch Zwerch-Linien, wie Fig. 2. Also ist der Schild einmahl gespalten und halb getheilet Fig. 15. Zweymahl getheilet Fig. 16. Einmahl getheilt, und einmahl gespalten Fig. 5. Zweymahl gespalten Fig. 17. Zweymahl gespalten, einmahl getheilt Fig. 18. Zweymahl getheilt, einmahl gespalten Fig. 19. Zweymahl getheilt, und zweymahl gespalten Fig. 20.

6. Wie wird der Schild ferner abgetheilt?

Er kan in drey Reihen ausgezeichnet werden, welche das Haupt, Hertz und Fuß genennt werden wie in Fig. 17. Item in 9. Felder, wobey folgende Kunst-Wörter zu mercken. In Fig. 20. ist a b c die oberste Reihe. d e f die mittlere. g h i die unterste. a d g die rechte Seite. b e h der Pfal. c f i die lincke Seite. a der obern Reihe rechter Winckel. b die Mitte desselben. c der lincke obere Winckel. d die rechte Seite des Hertzes. e das Hertz oder Mittel-Punct. f die lincke Seite des Hertzes. g der rechte untere Winckel. h die Mitte. i der lincke untere Winckel. Diese Kunst-Wörter seynd zu mercken, damit man so wohl die Wapen-Visirung, als auch die so genannte Ehren-Stücke recht verstehe.

§. II.
De Tincturis.

1. Quot sunt Tincturæ?

Duæ: metalla, & colores. Metalla scutaria sunt *aurum & argentum.* Colores scutarii sunt quatuor; *Coccineus, cæruleus, prasinus, furvus.* Addunt alii *purpureum*, rarius usitatum. Reliqui colores ad artem Scutariam nil faciunt; nativi tamen figurarum colores semper retinendi sunt.

2. Quibus modis exprimi solent metalla & colores scutarii?


Aurum punctulis, ut in Tab. 2. Fig. 1. Argentum candicante planitie Fig. 2. Color coccineus lineis perpendicularibus Fig. 3. Cæruleus horizontalibus Fig. 4. Prasinus obliquis à dextra ad sinistram Fig. 5. Purpureus à sinistra ad dextram Fig. 6. Furvus lineis cancellatis Fig. 7.

3. Quotuplex genus pellium scutariarum?

Duplex: 1. Murium Ponticorum, quorum pelles candidæ nigris maculis sunt conspersæ, vulgò Hermelin / ut in Fig. 8. 2. *Vellus varium*, napelli, vel nolæ similitudinem gerens, ut in Fig. 9. éstque pellicula bestiolæ Fehe / cujus dorsum cinereo-cæruleum, ventérque albicans.

4. Quæ Tincturarum regula?

Ut nunquam metallum metallo, nec color colori superaddatur. Insignia porrò, quæ ab hac regula deflectunt, vocantur à Germanis *abnormia*, à Gallis *pervestigatoria*; quia verisimile est, Scuti hujusmodi inventori non defuisse peculiarem causam neglectæ hujus regulæ, præsertim in præcipuarum familiarum insignibus. Ratio porrò hujus regulæ vix alia videtur esse, quàm arbitrium illorum, qui artem hanc institue-


1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20

Zweyter Absatz.
Von denen Tincturen.

1. Wie viel seynd Tincturen?

Zwo: Metall und Farben. Metall ist Gold, und Silber. Farben seynd vier: roth, blau, grün, schwartz. Etliche setzen auch die Purpur-Farb hinzu; so aber nicht leicht vorkommt. Die übrige Farben gehören nicht zu der Wapen-Kunst; doch müssen die natürliche Farben behalten werden.

2. Wie werden die Metall/ und Farben gezeichnet?

Das Gold mit Düpfflein, wie in Tab. 2. Fig. 1. Das Silber durch plattes Weiß Fig. 2. Roth mit herabwerts gezogenen Linien Fig. 3. Blau mit Zwerch-Linien Fig. 4. Grün mit Rechts-Quer-Linien Fig. 5. Purpur mit Lincks-Quer-Linien Fig. 6. Schwartz mit Creutzweiß gezogenen Linien Fig. 7.

3. Wie viel seynd Wapen-Fell oder Peltzwerck?

Zwey: 1. Das Hermelin, so ein weisses Peltzwerck mit schwartzen Flecken, wie in Fig. 8. 2. Das Blau oder so genannte Klein-grau, so denen Eisen-Hütlein oder Schellen gleichet, wie in Fig. 9. Ist ein Balg eines Thierleins Fehe/ dessen Rucken blaulicht-grau, der Bauch aber weißlicht.

4. Was für ein Regul ist in denen Tincturen zu beobachten?

Daß niemahl Metall auf Metall, noch Farb auf Farb komme. Wann das Wapen anderst eingerichtet ist, wird selbes von denen Teutschen ein falsches, von denen Frantzosen aber ein Räthsel- oder Untersuchungs-Wapen genennet; weil glaublich ist, der Urheber desselben werde seine Ursachen gehabt haben, warum diese Regul nicht seye beobachtet worden, sonderlich in denen Wapen fürnehmer Häuser. Die Ursach dieser Regul scheinet keine andere zu seyn, als die Willkuhr derjenigen, die diese Kunst haben erfunden.

 funden.

ſtituerunt. Alii exiſtimant, majoribus noſtris veſtes, hac ratione diſtinctas, præ aliis placuiſſe, quorum opinio in legem exinde tranſiit.

5. Num regula hæc ſine exceptione?

Excipitur 1. pars figuræ, v. g. in area aurea aureum roſtrum, lingua, pedes, geminique circuli, qui aquilæ Cæſareæ caput utrumque ambiunt. 2. Figura Scuto, aliis figuris jam inſignito, ſuperinducta. 3. Colores figurarum nativi. Hinc licèt cancer, dum coquitur, rubedinem induat, in area tamen rubra locum habere poteſt. 4. Vellera, utpote quæ tam metallis, quàm coloribus annumerantur. 5. Regula loquitur de præcipua figura, non de additamentis. 6. Excipiuntur figuræ *honorariæ.*

6. Quæ alia inſuper regula obſervanda in tincturis?

1. Si Scutum eſt quadripertitum, aut decuſſatum, in areis oppoſitis alternant plerumque colores & figuræ. 2. Si geminæ figuræ ſimiles v. g. gemina lilia in geminis areis juxtim ponantur, alternant quoque tincturæ. Quod idem obſervatur, ſi figura unica bifariam diviſa, geminas areas occupet.

7. Quid ſibi volunt tot támque diverſi colores & figuræ?

Faciunt potiſſimùm ad diſtinguendas familias. Nec rarò monumenta quoque ſunt editi olim præclari facinoris. Hujusmodi eſſe ajunt Scutum Auſtriacum. Cùm enim Leopoldus VII. Auſtriæ Dux in expeditione ſacra A. 1191. in turrim urbis Ptolemaidis omnium primus evaſiſſet, tantúmque hoſtilis ſanguinis fudiſſet, ut veſtis ejus candida, ſanguineo undique colore præter partem cingulo tectam

tinge-

funden. Anders halten dafür, daß unseren Altvordern die auf diese Mode gemachte Kleider sonderlich gefallen haben, welches nachgehends zu einer Regul worden.

5. Hat diese Regul keinen Ausnahm?

Es wird 1. ausgenommen ein Theil der Figur, als Exempel-weise im güldenen Feld der güldene Schnabel, Zung, Füß, und Circkeln um beyde Köpff des Kayserlichen Adlers. 2. Ein Figur, welche über den mit andern Figuren besetzten Schild lauffet. 3. Die natürliche Farben der Figuren. Dahero obschon ein Krebs, da man ihn kocht, roth wird, kan er doch in einem rothen Feld Platz haben. 4. Das Peltzwerck, als welches so wohl zu Metall, als Farben gerechnet wird. 5. Ist die Regul zu verstehen von der Haupt-Figur, und nicht von den Beysätzen. 6. Werden ausgenommen die Ehren-Stücke.

6. Was seynd ferner für Reguln in denen Tincturen zu beobachten?

Wann der Schild geviertet ist, oder in Gestalt eines Andreas-Creutz, so werden insgemein in denen gegen einander stehenden Feldern die Farben und Figuren abgewechselt oder verschrenckt. 2. Wann zwo gleiche Figuren, Exempel-weise zwo Lilien neben einander in zweyen Feldern seynd, werden die Tincturen verwechselt. Welches auch beobachtet wird, wann ein eintzele Figur in zwey Felder abgetheilt wird.

7. Was bedeuten so mancherley Farben und Figuren?

Sie dienen sonderbar zu Unterscheidung der Geschlechter. Seynd auch manchmahl Gedächtnus-Schild, oder Gedenck-Zeichen einer ehedessen begangenen Ritterlichen That. Dergleichen solle das Oesterreichische Wapen seyn. Dann als Leopoldus VII. Hertzog von Oesterreich in dem Creutz-Zug A. 1191. den Thurn zu Ptolemais am ersten erstiegen, und so viel feindliches Blut vergossen, daß sein weisses Kleid gantz roth, ausser dem mit der Gürtel bedeckten

tingeretur, Henricus VI. Imperator in perenne tantæ virtutis monumentum loco antiqui Scuti Auſtriaci, quod quinque alaudas aureas in area cærulea præferebat, faſciam argenteam transverſam attribuiſſe fertur.

§. III.
De Figuris Scutariis.

1. An figura eſt neceſſaria?

Haud equidem; poteſt enim Scutum eſſe vacuum ac ſine omni figura. Et tunc hujusmodi Scutum non dicitur habere aream, ſed conſtare mero v. g. auro, vel colore coccineo &c. Tale quoque eſt Scutum, in quo plures ſunt tincturæ, quarum quælibet æquale occupat ſpatium. Secùs tinctura, occupans majus ſpatium, areæ loco eſt; altera verò figura honoraria dicitur.

2. Quotuplex eſt figura?

Triplex: *Heraldica* ſive *honoraria*, naturalis, & artificialis.

3. Quæ ſunt figuræ Heraldicæ?

Quæ ex variis Scuti ſectionibus; tincturis item inæqualibus conſtant. *Honoraria* appellantur, quia cenſentur omnium antiquiſſimæ. Nam priſcis figuræ naturales & artificiales in uſu haud erant. Hinc Galli autumant, Scutum quò ſimplicius, eò quoque antiquius eſſe atque æſtimabilius.

4. Quot numerantur figuræ honorariæ?

Artis hujus periti non omnino inter ſe conveniunt. Quidam enim contendunt, omnem figuram honorariam ad marginem usque debere pertingere. Aliis aliud videtur. Præcipuæ ſunt ſequentes, quarum aliquas tabella ſecunda exhibet. Has inter

ten Streiff, davon gefärbt wurde, solle ihm Kayser Heinrich der Sechste an statt des alten Oesterreichischen Wapen, so 5. güldene Lerchen im blauen Feld führte, zum ewigen Angedencken solcher Dapfferkeit ein silbern Quer-Balcken im rothen Feld zugeeignet haben.

Dritter Absatz.

Von denen Figuren der Wapen.

1. Ist die Figur nothwendig?

Nein: dann es gibt auch ledige Schild. Und alsdann hat der Schild kein Feld, sondern man sagt, er führe ein gantz güldenen oder rothen Schild. Ledig wird auch der Schild genennet, wann er mehr Tincturen hat, derer jedwedere einen gleichen Raum einnimmet. Wo nicht, so ist die Tinctur im grösseren Platz an statt des Felds, und die andere wird ein Ehren-Stuck benahmset.

2. Wie mancherley seynd die Figuren?

Dreyerley, die Heraldische, Natürliche, und Künstliche.

3. Welche seynd die Heraldische Figuren?

Die, so aus unterschiedlichen Schilds-Durchschnitten, wie auch aus ungleichen Tincturen herfür kommen. Sie werden Ehren-Stucke genennet, weil man selbe für die älteste Wapen hält. Dann vor Alters waren die natürliche und künstliche Figuren nicht im Brauch. Dahero halten die Frantzosen darfür, je einfältiger, je älter und fürtrefflicher seye das Wapen.

4. Wie viel zehlt man Ehren-Figuren?

Die Kunst-erfahrne kommen nicht gantz überein; massen einige behaupten wollen, daß ein Ehren-Stuck müsse an den Rand stossen, welches andere widersprechen. Folgende seynd die fürnehmste, derer einige auf der zweyten Tabell zu ersehen.

inter est Palus Fig. 10. Fascia transversa Fig. 11. Fascia sive tænia ab dextro obliqua Fig. 12. cui opponitur Fascia ab sinistro obliqua. Pinnula scutaria fig. 13. Caput fig. 14. Canterii seu tigna juncta fig. 15. Quadrans fig. 16. Scutum medium, omni figura vacuum, cui tamen Scutulum; quod *parmula Cordis* dicitur, quandoque inseritur fig. 17. Tessellæ fig. 18. Rhombi fig. 19. Cunei fig. 20. Huc pertinent latus dextrum & sinistrum, ac pes Scuti, de quibus suprà. Margo item & duplarius Scuti limbus; Alveoli alternatim varii: clathri: plinthides seu schedulæ: maculæ: armillæ: annelli: globuli: nummi: cuspides &c.

5. An & cruces inter figuras honorarias numerantur?

Omnino; præsertim sequentes, quas tabella tertia exhibet, nimirum Crux vulgaris seu plana fig. 1. decussata seu Burgundica fig. 2. Archiepiscopalis seu Lotharingica fig. 3. liliata fig. 4. anchorata fig. 5. serpentina fig. 6. Melitensis fig. 7. Ordinis Teutonici fig. 8. aliæque complures.

6. Quænam sunt figuræ naturales?

Res omnes creatæ, ut Sol, Luna, stellæ, homines, animalia, arbores, flores, plantæ &c. Figuræ item fabulosæ, v. g. alati leones, aquilæ bicipites &c.

7. Quæ sunt figuræ artificiales?

Omnia artificum, opificúmque opera, uti coronæ, enses, vexilla, turres, rotæ &c. Ad has referuntur litteræ & verba (Gallicè *devises*) quæ maximè in usu sunt Hispanis, qui id hausisse videntur à Mauris, quibus omni imaginum usu interdictum erat.

ersehen. Dergleichen ist der Pfahl Fig. 10. der Zwerch-Balcken Fig. 11. der rechte Schreg-Balcken, Binde, Gehenck oder Scharpe Fig. 12. welchem der lincke Schreg-Balcken oder Gegenscharpe entgegen gesetzt wird. Ein Drey-Ecke, sonst Stander oder Schoß Fig. 13. das Schild-Haupt Fig. 14. die Sparren oder zusammen gefügte Dach-Höltzer Fig. 15. die ledige Vierung, das Viereck oder Winckel Fig. 16. der Mittel-Schild ohn alle Figur, wiewohl selber zu Zeiten noch ein Schildlein, das Hertz-Schildlein genannt, einschliesset Fig. 17. Schach Fig. 18. Rauten Fig. 19. Wecken Fig. 20. Hieher gehören die recht und lincke Seite, und Fuß des Schilds, wovon hieroben. Ingleichen der Rand: der doppelte Saum oder Einfassung: die gescheckte Flecklein: Gitter: Zettel: Flecken oder Mackel: Spangen: Ringlein: Kügelein: Wapenballen: Spitze rc.

5. Gehören auch die Creutz unter die Ehren-Figuren?

In allweg; besonders folgende, welche die dritte Tabell anzeiget, als nemlich das gemeine oder platte Creutz Fig. 1. S. Andreas- oder Burgundische Creutz Fig. 2. Das Ertz-Bischöffliche oder Lotharingische Creutz Fig. 3. Lilien-Creutz Fig. 4. Ancker-Creutz Fig. 5. Schlangen-köpffiges Creutz Fig. 6. Maltheser-Creutz Fig. 7. Teutschen Ordens-Creutz Fig. 8. nebst mehr andern.

6. Welche seynd die natürliche Figuren?

Alle erschaffene Ding, als Sonn, Mond, Sternen, Menschen, Thier, Bäum, Blumen rc. wie auch die erdichtete Figuren, als, geflügelte Löwen, zweyköpffige Adler rc.

7. Welche seynd die künstliche Figuren?

Alle von den Künstlern und Handwerckern verfertigte Arbeit, als Cronen, Degen, Fahnen, Thürn, Räder rc. Ingleichen gewisse Buchstaben und Wörter (Frantzösisch devises) so meistens bey den Spaniern üblich. Welches herzukommen scheinet von Zeiten der Mohren, denen aller Bildnus-Gebrauch verbotten war.

8. Wann

8. Si una solùm Scuti area, quot ibidem figuræ locum habere possunt?

Si hæ diversi sunt generis non nisi ternæ; si ejusdem, non ultrà vicenas; & tunc, si hujusmodi, Figuræ in areâ integræ, ad marginem verò dimidiatæ apparent, Scutum vocatur *consitum.*

9. Qualis est ordo figurarum?

Varius pro varia Scuti sectione. Si duæ sunt, tunc una vel supra vel juxta alteram collocanda. Si tres, plerumque duæ suprà, una infrà ponitur. Si quatuor, hæ vel in una serie perpendiculari, vel una in capite, altera in pede, reliquæ duæ in lateribus, rhombi instar, repræsentantur. Si quinque, crucis formam imitantur &c. Si Scuto, aliis figuris jam insignito, superinducitur alia, hanc appellant toti Scuto impositam.

10. Quis figurarum situs observandus?

Naturalis sive ordinarius, v. g. animalis incedentis; vel extraordinarius quoque, v. g. duorum animalium frontes frontibus, aut dorsa dorsis obvertentium.

11. Quid ascititia est sectio, sive diminutio?

Si figura honoraria justum solitúmque spatium non implet, vocatur *diminuta*; v. g. minuta fascia, minuta tænia. Quòd si fascia tenuior sit tertia parte, appellatur *fasciola* vel *batulus brevior*: si dimidiâ, *ligula*: si quartam duntaxat spatii partem occupat, *tæniola* seu *filum*. Si duplicantur hi diminuti ductus, appellantur *instita bijuges* sive *gemella*: si triplicantur, *instita terna, sive tergemina. Striata* porrò *resticula* dicitur, quæ non nisi quartam marginis partem occupat.

§. IV.

8. Wann der Schild nur ein Feld hat/ wie viel Figuren können in demselbigen seyn?

Wann selbe unterschieden seyn, nur drey; wann sie aber gleichförmig nicht über zwantzig: und alsdann, wann einerley Figuren in dem Feld vollkommen; an dem Rand aber halb getheilt fürgestellt werden, nennt man den Schild besäet.

9. Was wird mit denen Figuren für eine Ordnung gehalten?

Diese ist unterschiedlich nach denen Schilds-Theilungen. Wann zwo Figuren seynd, so ordnet man entweders eine über, oder neben der andern. Wann es drey seynd, werden insgemein zwo oben, und die dritte unten gesetzet. Vier werden in einer ablängigen Linie, oder eine in dem Haupt, die andere in dem Fuß, die übrige zwo an beyden Seiten Rauten-förmig fürgestellet. Fünffe werden als ein Creutz ausgetheilet. Wann über den mit andern Figuren völlig besetzten Schild noch eine gezogen wird, so neñt man selbe ein über den gantzen Schild lauffende Figur.

10. Was ist für eine Stellung zu beobachten?

Die natürliche und gewöhnliche, als eines gehenden Thiers: oder ungewöhnliche, als zweyer Thieren, welche Stirn gegen Stirn, oder Rucken gegen Rucken halten.

11. Was ist die Verringerung der Ehren-Stücke?

Wann die Figur ihren gewöhnlichen Platz nicht erfüllet, wird selbe verdorben/ verlohren/ verringert/ verjüngt genennet. Also wann die Binde oder Scharpe um ein Drittel schmäler ist, nennt man sie eine kleine Binde oder verdorbenen Stecken: wann sie um die Helffte schmäler ist, eine Nestel: wann sie nur den vierten Theil behält, einen Faden. Wann diese verringerte Züg gedoppelt werden, so heisset man sie Zwillings-Streiffe: wann sie dreyfach seynd, Dreylings-Streiffe. Die gespitzte Einfassung nennt man jene, welche nur das Viertel des Rands einnimmt.

§. IV.

De Scuti ornamentis, & discerniculis.

1. Quænam sunt hæc ornamenta?

1. Galea, ejúsque cimelia, tegumenta frondium ac florum parerga. 2. Figuræ laterales. 3. Signa substrata. 4. Notæ dignitatum, Ordinúmque Equestrium.

2. Quænam circa galeam observanda?

Præcipuè hæc quatuor. 1. Apertáne, an clausa sit? Apertâ in ludis equestribus, clausâ in præliis utebantur veteres. Hodie clausa tribuitur ignobilibus, aperta & clathrata Nobilibus, aliísque, qui Nobilium juribus ac privilegiis gaudent. 2. Tinctura solet esse aurea, nisi fortè cum Scuti tinctura conveniat. 3. Situs est adversus, vel obliquus. 4. Numerus varius est pro varietate dominiorum, vel pro arbitrario quoque ornatu.

3. Quid de apice plumatili & appendice Scuti coronaria, sive cimeliis memorandum?

Hæc omnis generis sunt ornamenta, coronæ nempe, pilei, vexilla, signa seu icones dimidiatæ, pavonum caudæ, aquilarum alæ, pennæ ardearum, cornu cervina &c. Germanis præ aliis nationibus arridebant hæc cimelia jam inde à priscis illis decursionibus equestribus, ubi galearum ornatus oculos mir afficiebat.

4. Quæ corona &c. galeis imponuntur?

Pontificia triplex, *Triregnum* dicta, ut in Tab. 3 fig. 9. Imperialis antiqua, quæ Norimbergæ asse vatur fig. 10. Cæsarea nova sive domestica fig. 11 Regia fig. 12. Electoralis pileus fig. 13. Coron Archiducalis fig. 14. Ducalis fig. 15. Comitum fig. 16

Barc

Vierdter Absatz.

Von denen Wapen-Kleinodien und Beyzeichen.

1. Was seynd die Wapen-Kleinodien?

1. Der Helm und dessen Zierde, Decken, Laubwerck. 2. Die Wapen-Stütze. 3. Die Unterlegungen. 4. Die Merckmahlen der Würden, Ritter- und Ordens-Zeichen.

2. Was ist bey dem Helm zu mercken?

Fürnehmlich vier Stück. 1. Ob er offen, oder geschlossen? Des offenen bediente man sich vor Zeiten in denen Turnieren; des geschlossenen aber in dem Krieg. Anjetzt führen den geschlossenen Helm allein die Unadeliche; den mit einem Rost eröffneten aber die Adeliche, wie auch andere, welche die Rechte und Freyheiten des Adels geniessen. 2. Die Tinctur pflegt Gold-färbig zu seyn, wann sie nicht etwan mit der Tinctur des Schilds überein kommt. 3. Der Helm ist entweders vor- oder Seiten-werts gestellt. 4. Die Anzahl ist unterschieden nach Menge der Herrschafften, oder auch nach willkührlicher Zierde.

3. Was ist von dem Federbusch/ und Helmgezierd/ oder Kleinodien zu melden?

Seynd allerhand Zierden, als Cronen, Hüt, Fahnen, Brust-Bilder, Pfauen-Schweiff, Adlers-Flügel, Reiger-Busch, Hirsch-Gewichter rc. die Teutsche haben vor andern Völckern den Helm-Schmuck geliebet von alten Turnieren her, auf welchen die Auszierung der Helme Wunderschön anzusehen war.

4. Was für Cronen setzet man auf die Helmen?

Die Päbstliche dreyfache Cron wie in Tabell. 1. Fig. 9. die alte Kayserliche Reichs-Cron, welche zu Nürnberg wird aufbehalten Fig. 10. die Kayserliche neue oder Hauß-Cron Fig. 11. die Königliche Fig. 12. die Churfürstliche oder Chur-Hüt Fig. 13. die Ertz-Hertzogliche Fig. 14. die Hertzogliche Fig. 15. die Gräfliche Fig. 16. und Freyherr-

Baronum fig. 17. Quamquam hodie & Comites & Barones, & alii Nobiles galeas suas coronis Ducalibus passim insigniant. Cardinales porrò coronarum loco utuntur galero rubro cum quindecim chordis nodosis fig. 18. Episcopi mitrâ & pedo: quidam insuper gladio ob profanam jurisdictionem fig. 19. Equites aurei velleris torque fig. 20.

5. Quæ cimeliorum tinctura?

Sunt hæ vel nativæ, vel conformes figuris. Ornamenta porrò hujusmodi censentur esse ascititia seu tralatitia.

6. Quid est tegumentum galeæ?


Lacinia est retro cassidem, originémque sumpsisse fertur ex præliis & decursionibus equestribus, è quibus cùm lacera ut plurimùm reportaretur, hunc in modum tanquam virtutis heroicæ monumentum eam repræsentare placuit. Hujus loco hodie folia sinuosa ex galeis pendula plerumque adhiberi solent. Reges porrò galeas conopeis, Principes palliis Ducalibus tegunt ornántque.

7. Quid sunt figuræ laterales, Scutum utrinque sustinentes?

Hæ duplicis sunt generis, vivæ nempe, & non vivæ. Vivæ dicuntur telamones sive Atlantes, non vivæ fulcra. Originem trahere videntur ex ludis equestribus, in quibus Equitum nobilium famuli varias personas induti, suorum quisque dominorum insignia gentilitia præferebant. Adhibentur autem Angeli, homines, fauni, leones, gryphes, monocerotes, dracones alati, torques, coronamenta, frondium ac florum parerga &c.

8. Quid sunt Scuti substramenta?

Signa hæc sunt dignitatum, Ordinum Equestrium muniorum &c. Claves decussatæ designant dignitatem




1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20

iche Fig. 17. Obwohl dermahlen die Grafen, Freyherrn, und andere von Adel auch Hertzogliche Cronen auf den Helmen tragen. Die Cardinäl tragen an statt der Cron einen rothen Hut mit fünffzehen Quasten Fig. 18. die Bischöff Inful und Stab: einige auch einen Degen wegen weltlichen Gewalt Fig. 19. die Ritter des güldenen Vliesses ihre Ordens-Kette Fig. 20.

5. Was haben die Kleinodien für Tincturen?

Entweders die natürliche, oder mit den Figuren überein kommende. Sonst hält man dergleichen Zierde als eine entlehnte.

6. Was versteht man durch die Helm-Decke?

Ein Stück Tuch hinter dem Helm: welches den Ursprung von den Feld-Schlachten und Turnieren solle genommen haben. Dann weil diese Decke mehrentheils gantz zerfetzet zuruck gebracht wurde, hat man selbe auch also zum Angedencken der Dapfferkeit wollen fürstellen. An dero statt werden dermahlen meistens die ausgezogene Laubwerck an den Helmen gebraucht. Die Könige bedecken ihre Schild mit Thron-Zelten; die Fürsten aber mit Hertzoglichen Wapen-Mänteln.

7. Was seynd die Neben-Figuren / welche den Schild halten?

Diese seynd zweyerley, die lebende nemlich, und nicht lebende. Die Lebende werden Schilt-Halter, die nicht Lebende aber Stützen genennet. Ihren Anfang scheinen sie genommen zu haben von den Turnieren, bey welchen die unterschiedlich vermummte Diener der Ritter musten zu Erkantnuß ihrer Herren die Schild vortragen. Hierzu dienen die Engeln, Menschen, Waldmänner, Löwen, Greiffen, Einhorn, geflügelte Drachen, güldene Ketten, Kräntz, Laubwerck rc.

8. Was seynd die Schilds-Unterlegungen?

Sie seynd Zeichen der Würden, Ritter-Orden, Aemtern rc. Die Creutzweiß unterlegte Schlüssel bedeuten die

tem Pontificiam, galerus ruber Cardinalitiam, viridis Archiepiſcopalem, mitra cum pedo Epiſcopalem &c.

9. Quid Scuti ſunt diſcernicula?

Sunt notæ, quibus ejusdem familiæ diverſæ ſtirpes, liberi item legitimi ab illegitimis diſcernuntur.

10. Quænam inſignia appellantur loquentia?

Illa, quorum tincturæ aut figuræ familiæ nomini reſpondent, vel ſaltem ad illud alludunt.

11. Quæ verba ſcutaria uſitatiora?

Sequentia fermè 1. Adglutinatus, adjunctus. 2. adſutus. 3. alas expanſas habens 4. alveolis varii coloris, alternatim variis deſcriptus. 5. ancoratus. 6. angulatus. 7. apice plumatili inſtructus. 8. armillatus. 9. auritus. 10. bijugibus inſtitis deſcriptus. 11. boa, colubra infantem evomens. 12. cancellatus, clathratus. 13. canteriis deſcriptus. 14. cervi caput obverſum. 15. claviculatus. 16. collari inſtructus. 17. commiſſuris furvis. 18. compoſitus. 19. cornibus armatus. 20. crucibus repetita crux. 21. cuneis inſtructus. 22. cuſpidatim mutuò inſertus. 23. in decuſſim ſeu dipalum trajectus. 24. denticulatim inciſus. 25. denticulatim inſertus. 26. deſidens. 27. in draconem caudatus. 28. ductibus variè inflexis diſtinctus. 29. emergens, exiens. 30. erectus. 31. expanſus. 32. faſciis ab læva diagonalibus alternatim oppoſitis deſcriptus. 33. faſciis dextrorſum diagonalibus alternatim oppoſitis exaratus. 34. faſciis in transverſum exaratus. 35. faſciis in transverſum ductis, contráque alternatim poſitis exaratus. 36. faſtigiatus. 37. fimbriatus. 38. fixus. 39. florens. 40. frontibus obverſi. 41. globatus. 42. gradiens. 43. inſiliens. 44. inſitus. 45. inumbratus. 46. in lævam obverſus. 47. ad lævam

Päbstliche, der rothe Hut die Cardinal- der grüne die Ertz-Bischöff- die Inful und Stab die Bischöffliche Würde ꝛc.

9. Was seynd die Schilds-Beyzeichen?

Merckmahlen, wodurch unterschiedliche Linien eines Geschlechts; wie auch die Eheliche von den Unehelichen Kindern mögen entschieden werden.

10. Welche Wapen werden redend genennet?

Diejenige, derer Farben oder Figuren mit dem Nahmen des Geschlechts übereinstimmen, oder wenigst auf selben deuten.

11. Welche seynd die gebräuchlichste Wapen- oder Herolds-Kunst-Wörter?

Folgende. 1. Angeleimt. 2. benehet. 3. Flugnehmend, zum Flug gericht. 4. æquipollirt. 5. geanckert. 6. beeckt. 7. behelmt. 8. gespangt. 9. beohrt. 10. gezwillingt. 11. die ein Kind fressende und wieder ausspeyende Schlang. 12. gegittert. 13. gesparrt. 14. gehirschkopffet. 15. geschlottert. 16. mit einem Halsband. 17. gemauert mit schwartz. 18. zusammen gesetzt. 19. behörnert. 20. gewiedercreutzt. 21. gewecket. 22. Spitzweiß in einander ausgefressen. 23. Getheilt wie St. Andreas-Creutz. 24. gespitzelt. 25. bezähnelt. 26. schmiegend. 27. Drachenschwäntzig. 28. damascirt. 29. herfürbrechend. 30. zum Raube geschickt. 31. ausgebreitet. 32. von der lincken Seiten mit diagonalen eine gegen die andere gesetzten Binden gebildet. 33. gegegenscharpt. 34. gefascht. 35. gegegenfascht. 36. erhöhet. 37. gefräntzt. 38. eingesteckt. 39. geblümt. 40. Stirn gegen Stirn. 41. geknöpffelt. 42. gehend. 43. kletterend. 44. gepfropfft. 45. beschattet. 46. lincks umgewendet. 47. belinckt.

vam ſitus. 48. lateri adjunctum habens aliquid. 49. lateribus tertiatus. 50. leo gradarius. 51. ligulis ac tæniolis obductus. 52. liliatus. 53. linguâ protensâ. 54. lingulatis teſſellis deſcriptus. 55. marginatus. 56. mutilus unguibus dentibúsque. 57. nodis diſtinctus. 58. obliquè dextrorſum ſectus. 59. obliquè ſiniſtrorſum diſſectus. 60. oneratus, 61. palis exaratus. 62. palis in transverſum ductis, contráque alternatim poſitis exaratus. 63. in palum diſſectus. 64 patibulatus. 65. pedatus. 66. pennatus. 67. petiolis non extantibus. 68. pinnatus. 69. pinnulatus. 70. in piſcem deſinente cauda. 71. plinthidibus ſeu ſchedulis diſtinctus. 72. quadrifidus, quadripertitus. 73. recto ſtatu mergens. 74. rhombatus. 75. runcinatus. 76. ſcuto toti impoſitus. 77. ſcuto toti ſupercurrens. 78. ſinuatus. 79. ſitus. 80. ſpiculatus. 81. ſtellis binis ſuperimpoſitis. 82. ſtipatus. 83. ſtriatus. 84. ſubjectum habens aliquid. 85. tæniolis deſcriptus. 86. tertiatus in transverſum &c. 87. tertiatus. lateribus. 88. teſſelatus. 89. tintinnabulo ſuccinctus. 90. transverſis tæniis deſcriptus. 91. vario deſcriptus vellere. 92. unguibus inſtructus. 93. ungulis & roſtro armatus &c.

§. V.

De Scuti anatomia.

1. Quo alio nomine appellatur hoc Scuti examen?

A cornu inflato, uti dictum eſt §. 1. ſuam obtinuit nomenclationem.

2. Quanam obſervanda in Scuti anatomia?

Galli ab areis ad figuras, Itali ab his ad illas progrediuntur. Germani id perinde habent. Cæterùm, quæ de Scuto, tincturis, figuris, galea, hujúsque cimeliis &c. dicta ſunt hactenus, examuſſim in Scuti inve-



Churfürst Bajrisches Wappen.

48. beseitet. 49. gewidercirckelt. 50. leopardirt. 51. benestelt und bestreiffelt. 52. geflort. 53. mit ausgeschlagener Zung. 54. gerautet. 55. bordirt. 56. gestümmelt, unzeitig. 57. mit Knöten oder Knöpffen unterschieden. 58. gescharpt. 59. gegegenscharpt. 60. beladen. 61. gepfählt. 62. gegegenpfählt. 63. getheilt. 64. bekrückt. 65. gepfötet. 66. gefiedert. 67. gefüllt, oder genährt. 68. gekerbt. 69. geschoßt. 70. Seehafft. 71. gebrieffelt. 72. vierfach gespalten, quadrirt, geviertet. 73. herfürgehend. 74. gerautet. 75. bezähnt. 76. über den gantzen Schild. 77. gantz über die Zwerch des Schilds lauffend. 78. gefischmault. 79. verdorben. 80. eingesteckt. 81. überstiegen mit zweyen Sternen. 82. begleitet. 83. gespitzelt. 84. unterstützet. 85. genestelt. 86. gedrittet in Binden, in Pfähl, in Scharpen, und in Gegen-Scharpen. 87. gewidercirckelt. 88. geschacht. 89. beschellt. 90. gebunden. 91. gesehet. 92. beklauet. 93. ausgebreitet mit den Waffen, mit offenem Schnabel rc.

Fünffter Absatz.
Von Visirung oder Untersuchung des Schildes.

1. Wie wird diese Visirung sonst benahmset?

Sie hat von dem Horn-Blasen, wie oben im ersten Absatz erwehnet worden, den Nahmen Blasonirung erhalten.

2. Was ist in dieser Zergliederung des Schilds zu beobachten?

Die Frantzosen schreiten von den Feldern zu den Figuren; die Italiäner hingegen von den Figuren zu den Feldern. Die Teutsche lassen sich an keines binden. Ubrigens muß alles, was von dem Schild, Tincturen, Figuren, Helm, und dessen Kleinodien bisher gemeldet worden, ge-

investigatione applicanda sunt: id quod clarius elucebit in examine Scuti Electoralis Bavarici, quod captu facillimum videtur.

1. Scutum est quadripertitum in 4. æquales areas sive *quadraturas* cum parmula centrica.

2. In hoc visitur pomum Imperiale aureum cum cruce in area rubra, quod Electoralis dignitatis, sacri nempe Romani Imperii Archidapiferatus insigne est.

3. Figurarum una est *honoraria*, cunei nempe oblongi, argentei ac cærulei, in prima & quarta area ob Bavariæ Ducatum. Altera in secunda & tertia area est figura naturalis, leo nempe aureus cum rubra corona & lingua in area nigricante ob Rheni Palatinatum.

4. Telamones sunt duo leones aurei.

5. Scuto imminent duæ galeæ apertæ & inauratæ, quarum cimelia sunt coronæ Ducales. Supra cassidem dextram prominet leo aureus cum rubra corona inter duo cornua bubulina argenteæ & ceruleæ tincturæ. Ex cornibus pendent frondes. Sinistræ galeæ insistit pariter leo auratus inter duas clausas alas cuneis argenteis ac cæruleis distinctas.

6. Tegumenta galearum sunt in dextro latere folia expansa rubri ac nigri coloris; in sinistro verò argenteæ & cæruleæ tincturæ.

7. Discernicula sunt frondes cum foliis pendulis, quibus Domus Bavarica è stirpe Ludoviciana, non item è Rudolphina uti consuevit.

(o)

De-

nau in Untersuchung des Schilds angemercket werden: so aber viel besser erhellen wird in der Visirung des Chur-Bayerischen Wapen, welches gantz leicht zu fassen ist.

1. Ist der Schild geviertet, oder in vier gleiche Felder eingetheilt, hat auch ein Mittel-Schilde.

2. In diesem siehet man den güldenen Reichs-Apffel mit einem Creutz im rothen Feld, wodurch die Churfürstliche Würde, nemlich des Heil. Röm. Reichs Ertz-Truchsessen-Amt bedeutet wird.

3. Aus beyden Figuren ist eine ein Ehren-Stuck, nemlich die weisse und blaue länglich geschobene Rauten oder Wecken im erst und vierdten Quartier wegen des Hertzogthums Bayern. Das andere und dritte Quartier stellet dar eine natürliche Figur, nemlich einen güldenen Löwen mit einer rothen Cron und Zung im schwartzen Feld wegen der Pfaltz am Rhein.

4. Die Wapen-Halter seynd zween güldene Löwen.


5. Auf dem Schild seynd zween offene und vergüldte Helme, derer Kleinodien zwo Hertzogliche Cronen. Ober dem rechten Helm sitzt ein güldener Löw mit einer rothen Cron zwischen zweyen Silber- und blau-geweckten Büffels-Hörnern, so besteckt seynd mit Zweiglein. Ober dem lincken Helm ist gleichfalls ein güldener Löw zu sehen zwischen geschlossenem Flug, so mit Silber-färbigen und blauen Wecklein gezeichnet ist.

6. Die Decke beyder Helmen ist auf der rechten Seiten das Laubwerck von rother und schwartzer Farb; auf der lincken aber von Silber und blauer Tinctur.

7. Die Beyzeichen seynd die Zweiglein mit abhangenden Blättern, derer sich die Bayerische Ludwigische; nicht aber die Pfältzische Rudolphinische Linie gebrauchet.

(o)

Adels-



Demonſtratio Nobilitatis Avitæ ſedecim v. g. Progenitorum.

Hanc in *Nobilis* potiſſimùm *Juventutis* commodum ſubjungere placuit; cùm ut hæc Majorum ſuorum & nomina & avitum ſtemma inde poſſit dignoſçere, tum ut præ oculis habeat methodum, qua *Nobilitas* ſedecim Progenitorum, octonorum nempe ex Paterna, & totidem ex Materna ſtirpe demonſtrari conſuevit.


A.

CANDIDATUS
Equeſtrem
Nobilitatem Probans.


B. Pater.
D. Avus paternus.
E. Avia paterna.
H. Proavus primus paternus.
I. Proavia prima paterna.
K. Proavus ſecundus paternus.
L. Proavia ſecunda paterna.

C. Mater.
F. Avus maternus.
G. Avia materna.
M. Proavus primus maternus.
N. Proavia prima materna.
O. Proavus ſecundus maternus.
P. Proavia ſecunda materna.

Octo-



A
Candidatus
Equestrem Nobilitatem
Probans.
B
Pater
C
Mater
D
Avus Paternus
E
Avia Paterna
F
Avus Maternus
G
Avia Materna
H
Proavus 1.mus Paternus
I
Proavia 1.ma Paterna
K
Proavus 2.dus Paternus
L
Proavia 2.da Paterna
M
Proavus 1.mus Maternus
N
Proavia 1.ma Materna
O
Proavus 2.dus Maternus
P
Proavia 2.da Materna



Adels-Prob z. E. der sechzehen Ahnater.

Diese haben wir fürnehmlich zum Nutzen der Hoch-Adelichen Jugend wollen beysetzen/ damit selbe hieraus so wohl ihrer Groß-Eltern Nahmen und Stammen/ als auch den Adel-Stand der sechzehen Ahnater/ nemlich der acht aus Vätterlicher/ und acht aus Mütterlicher Linie ersehen könne.

A.

Prob-machender Ritter.

B. Vatter.	C. Mutter.
D. Vätterlicher Anherr.	F. Mütterlicher Anherr.
E. Vätterliche Anfrau.	G. Mütterliche Anfrau.
H. Erster Vätterlicher Ur-Anherr.	M. Erster Mütterlicher Ur-Anherr.
I. Erste Vätterliche Ur-Anfrau.	N. Erste Mütterliche Ur-Anfrau.
K. Zweyter Vätterlicher Ur-Anherr.	O. Zweyter Mütterlicher Ur-Anherr.
L. Zweyte Vätterliche Ur-Anfrau.	P. Zweyte Mütterliche Ur-Anfrau.

Die

Octoni Progenitores paterni.

1. Abavus primus paternus.
2. Abavia prima paterna.
3. Abavus ſecundus paternus.
4. Abavia ſecunda paterna.
5. Abavus tertius paternus.
6. Abavia tertia paterna.
7. Abavus quartus paternus.
8. Abavia quarta paterna.

Octoni Progenitores materni.

1. Abavus primus maternus.
2. Abavia prima materna.
3. Abavus ſecundus maternus.
4. Abavia ſecunda materna.
5. Abavus tertius maternus.
6. Abavia tertia materna.
7. Abavus quartus maternus.
8. Abavia quarta materna.

Omnia ad majorem DEI Gloriam.



Die acht Vätterliche Ahnater.	Die acht Mütterliche Ahnater.
1. Erster Vätterlicher Ur-Ur-Anherr.	1. Erster Mütterlicher Ur-Ur-Anherr.
2. Erste Vätterliche Ur-Ur-Anfrau.	2. Erste Mütterliche Ur-Ur-Anfrau.
3. Zweyter Vätt. Ur-Ur-Anherr.	3. Zweyter Mütt. Ur-Ur-Anherr.
4. Zweyte Vätt. Ur-Ur-Anfrau.	4. Zweyte Mütt. Ur-Ur-Anfrau.
5. Dritter Vätt. Ur-Ur-Anherr.	5. Dritter Mütt. Ur-Ur-Anherr.
6. Dritte Vätt. Ur-Ur-Anfrau.	6. Dritte Mütt. Ur-Ur-Anfrau.
7. Vierdter Vätt. Ur-Ur-Anherr.	7. Vierdter Mütt. Ur-Ur-Anherr.
8. Vierdte Vätt. Ur-Ur-Anfrau.	8. Vierdte Mütt. Ur-Ur-Anfrau.

Alles zu grösserer Ehre GOttes.



Errata in Opuſculo V.

Pag.	Verſ.	
1	22	in Sphæræ *lege* in Sphæra
11	21	oben *lege* ober
48	7	Gallorum *l.* gallorum
49	15	lauffenden *l.* auslauffenden
50	29	mpetu *l.* impetu
52	ult.	Americo *l.* ab Americo
62	29	cado *l.* capo
64	28	Cimhrica *l.* Cimbrica
77	12	Kräuthen *l.* Kärnthen
111	31	Däniſche *l.* Däniſchen
117	1	Neva *l.* Nieva
120	6	Romelia, appellantur *dele comma*
143	3	iſt wohl *l.* iſt ſo wohl
144	19	ſint *l.* ſunt
158	27	à cœli *l.* & cœli
160	19	Bythynia *l.* Bithynia
-	22	Callipolitanum *l.* Gallipolitanum
161	ult.	jedwederer *l.* jedwedere
162	29	*post* bitumen *adde* nec aurâ
163	6	kleinen *l.* bequemen
164	13	Iturea *l.* Ituræa
166	19	ſit *lege* ſita
170	13	Mahometantis *l.* Mahometanis
181	26	gleichgelb *l.* bleich-gelb
189	9	Atlandiſchen *l.* Atlantiſchen
190	8	emiſſarios *l.* Orci emiſſarios

Errata in Appendice de arte ſcutaria.

5	4	Würck. *l.* Würde.
15	10	Fig. 8. *lege* Fig. 18.
26	6	In hoc *l.* In hac
-	19	bubulina *l.* bubalina

Erinnerung an den Buchbinder.

In erſt bemeldtem Appendice ſolle das Churfürſtl. Bayeriſche Wapen. pag. 26.
Tabula Heraldico-Genealogica aber pag. 28. eingerücket werden.

RUDIMENTA HISTORICA.

OPUSCULUM SEXTUM.

Epitome Hiſtoriæ Eccle-ſiaſticæ.

RUDIMENTA HISTORICA,

Sive

Brevis, facilísque methodus Juventutem Orthodoxam notitia Hiſtorica imbuendi,

Pro Gymnaſiis Societatis JESU in Germaniæ Superioris Provincia.

Auctore

Ejusdem Societatis Sacerdote.

OPUSCULUM SEXTUM,

Epitomen Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ complectens.

Editio tertia.

Cum Gratia & Privilegio ſpeciali Sac. Cæſ. & Cathol. Majeſtatis,

Ac Superiorum permiſſu.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,

Sumptibus MATHIÆ WOLFF, Bibliopolæ.

MDCCXXXV.

Historischer Anfang/

Oder:

Kurtze und leichte Weise/
die Catholische Jugend in der Historie
zu unterrichten/
Für die Schulen der Gesellschafft JESU
in der Ober-Teutschen Provintz.

Verfasset
Von einem Priester erwehnter
Gesellschafft.

Sechstes Wercklein/
Kurtzer Begriff der Kirchen-Historie.

Dritte Auflage.

Cum Gratia & Privilegio speciali Sac. Cæs. & Cathol. Majestatis,
Ac Superiorum permissu.

Augspurg/
Verlegts Mathias Wolff/ Buchhandler.
1735.

Facultas R. P. Provincialis cum Privilegio Cæſareo.

Cùm Dominus Mathias Wolff, Bibliòpola Auguſtanus, typis mandare deſideret Opuſculum Sextum, epitomen Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ complectens, Latino & Germanico idiomate à Societatis noſtræ Sacerdote conſcriptum in uſum Scholarum humaniorum ejusdem Societatis; Ego FRANCISCUS MOSSU, *Societatis JESU per Superiorem Germaniam Præpoſitus Provincialis, poteſtate ab Admodum Reverendo Patre noſtro Franciſco Retz, Societatis noſtræ Præpoſito Generali mihi conceſſa, eidem Domino ad primam duntaxat editionem facultatem impertio: ſimúlque communico Privilegium Cæſareum, quo aliis Bibliopolis & Typographis interdicitur, ne dictum Libellum citra conſenſum Superiorum recudere, vel intra fines Imperii, & Hæreditarias S. C. & Cath. Maj. Provincias inferre præſumant. In cujus rei fidem has litteras chirographo meo, & conſueto officii ſigillo munitas dedi. Landishuti 24. Dec. 1734.*

(L.S.) Franciſcus Moſſu.

PRIVILEGIUM CÆSAREUM.

WJR Carl der Sechste von GOttes Gnaden erwöhlter Röm. Kayser/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs in Germanien/ zu Hispanien/ Hungarn/ Böheim/ Dalmatien/ Croatien und Sclavonien König/ Ertz-Hertzog zu Oesterreich/ Hertzog zu Burgund/ Steyer/ Kärnten/ Crain und Würtenberg/ Graf zu Tyrol rc.

Bekeñen offentlich mit disem Brief/ und thun kundt allermäñiglich/ daß Uns Unser/ und des Reichs lieber getreuer Mathias Wolff/ Burger und Buchführer in Unser und des H. Reichs Stadt Augspurg in Unterthänigkeit zu vernehmen gegeben/ was gestalten Er dem gemeinen Wesen zum Besten/ und zu Trost der künfftigen Posterität Vorhabens seye/ ein Buch in Octavo, in unterschiedlichen Wercklein bestehend/ unter dem Titul Historischer Anfang/ oder kurtz- und leichte Weise/ die Catholische Jugend in der Historie zu unterrichten/ für die Schulen der Gesellschafft Jesu/ der obern Teutschen Provintz/ Teutsch und Lateinisch verfasst/ von einem Priester erwehnter Gesellschafft/ mit Unserm gnädigsten Wissen/ in offnen Druck ausgehen zu lassen; Weilen Er aber nicht unzeitig befahrete/ daß solches Buch von andern Gewinnsichtigen Ihme zum grösten Nachtheil u. Schaden nachgedruckt werden möchte; Als bittete Uns derselbe allerdemüthigst/ Wir Unser Kays. Privilegium impressorium auf zehen Jahr Ihme mitzutheilen gnädigst geruhen wolten; wann Wir dann gnädiglich angesehen jetzt angedeutete zimliche Bitte/ auch die Unkosten/ Fleiß und Arbeit/ so bey solchem Buch anzuwenden seynd: so haben Wir Ihme die Gnad gethan/ und Freyheit gegeben/ thun auch solches hiemit wissentlich in Krafft dises Brieffs/ und wollen/ daß Eingangs erwehnter Mathias Wolff/ vorgedachtes Buch unter ob- angeführtem Titul in offenen Druck auflegen/ ausgeben/ hin und wieder ausgeben/ feil haben/ und verkauffen lassen/ auch Ihme solches niemand ohne seinen Consens, Willen und Wissen innerhalb denen nechsten zehen Jahren von dato dises Brieffs an zurechnen/ weder im Heil. Röm. Reich/ noch Unsern Erb- Königreich- Fürstenthum- und Landen nachdrucken und verkauffen rc. bey Vermeidung fünff Marck löthigen Golds/ die ein jeder/ so offt er freventlich hierwider thäte/ Uns halb in Unser Kayserl. Cammer/ und den andern halben Theil offt gedachtem Mathiä Wolff/ oder seinen Erben unnachläßig zu bezahlen seyn solle/ hiermit ernstlich/ und wollen rc. (laut mehreren Innhalts Privilegii Originalis) Mit Urkund dises Brieffs besiglet mit Unserm Kayserl. aufgedruckten Secret-Insigel/ der geben ist in Unserer Stadt Wien/ den 21. Junii An. 1726. Unserer Reichen/ des Römischen im 15. des Hispanischen im 23. des Hungaris. und Böheimischen aber im 16.

CARL mppr.

(L. S.)

Vt. Fr. C. G. v. Schönborn/ mppr.

Ad Mandatum Sac. Cæs. Majest. proprium.


Frantz von Heffener/ mppr.



PRÆFATIO.

PRæſens hoc Opuſculum non niſi epitomen quandam hiſtoriæ Eccleſiaſticæ continet, unde juventus Catholica dirigatur, animetúrque ad pleniorem hiſtoriæ hujus notitiam ſuopte ingenio atque induſtria ex idoneis ſubinde auctoribus hauriendam. Nemo proin vitio nobis verterit, ſi non pauca memoratu digna ſtrictim duntaxat attingimus, aut omnino prætermittimus. Cùm enim & hoc, & priora opuſcula omnia non niſi Juventutis noſtræ ſcholaſticæ uſui ſint deſtinata, hanc, utpote aliis inſuper occupationibus ſcholaſticis diſtentam, nimia

rerum



Vorrede.

Dieses Wercklein enthält nur einen kurtzen Begriff der Kirchen-Geschichten / wordurch die Catholische Jugend etlicher massen geleitet / und angefrischet wird / um mit der Zeit von selbst um ein vollständigere Wissenschafft aus Lesung bewährter Scribenten sich zu bewerben. Wird uns demnach niemand verargen / wann wir da und dort merckwürdige Sachen nur obenhin anziehen / oder wohl gar auslassen. Dann weil so wohl dieses als alle vorige Wercklein allein zum Gebrauch unserer Schul-Jugend gewidmet / hat man nicht für rathsam erachtet / selbe / als die ausser dem noch mit an-

1. In Africa nova identidem cùm virorum, tum mulierum condita sunt monasteria. 2. In Gallia S. Cassianus plura Massiliæ, S. Honoratus Abbas primùm, dein Episcopus Arelatensis Lirinense, alii alia instituêre cœnobia. 3. Constantinopoli Monachi, Acœmetæ (*non dormientes* à Græca voce ἀκοίμητος dicti) in Ecclesia DEI laudes diu noctúque alternatis vicibus sine intermissione concinebant. 4. Celebre quoque Monasterium Agaunense in Vallesia perennem psalmodiam induxit. Cœnobitæ porrò ad Episcopatus aliásque dignitates translati, instituti sui leges & vestes retinebant.

9. Quinam doctrina & sanctitate Ecclesiam præcipuè illustrârunt?

S. Augustinus, cujus priore seculo meminimus, S. Maximus Episcopus Taurinensis, S. Cyrillus Patriarcha

feyerlicher zu begehen verordnet, welchen Brauch nachgehends auch die allgemeine Kirch angenommen. 7. Der H. Bischoff Martinus war aus allen H. Beichtigern der erste, dem die Kirch öffentliche und feyerliche Ehr-Bezeugungen erwiesen. 8. Die Nahmen der jenigen, so zu denen Ketzern oder Götzen-Dienern übergangen, wurden aus denen Dyptichis oder Nahmen-Register der Glaubigen gäntzlich ausgelöschet. 9. Weil man in den vorigen Seculis den Leib und Blut Christi bald unter einer, bald unter zweyen Gestalten pflegte zu empfangen, hat Pabst Gelasius, um die Manichäer, welche den Wein für ein Geschöpff des Teuffels hielten, hierdurch zu entscheiden, beyde Gestalten zu nehmen befohlen. Nachdem aber diese Ketzerey verschwunden, haben die Layen forthin Christi Leib und Blut unter der Gestalt des Brots allein genossen, bevoraus nachdem die Kirch GOttes vieler und wichtiger Ursachen halber solches durchgehends zu halten befohlen.

8. Was für geistliche Versammlungen seynd eingeführt worden?

1. In Africa wurden im̃erdar neue theils Männer- theils Weiber-Clöster angelegt. 2. In Franckreich hat der Heil. Cassianus mehr Clöster zu Marsilien, der Heil. Honoratus Abt und nachmals Bischoff zu Arles das Lerinensische, andere andere auf- und eingerichtet. 3. Zu Constantinopel haben die Mönch Accœmetæ oder niemahl schlaffende genannt, in der Kirch das Lob GOttes Tag und Nacht Wechsel-weis ohn Aufhören gesungen. 4. Ingleichen hat das berühmte Closter zu S. Moritz im Wallliserland den ewigen Chor eingeführet. Jene Ordens-Geistliche, welche zu Bißthümern und andern geistlichen Würden erhoben worden, verbleiben bey ihrer Regel und Ordens-Habit.

9. Was für gelehrte und heilige Leute haben die Kirch sonderbar gezieret?

Der Heil. Augustinus, dessen im vorigen Seculo Meldung geschehen, der Heil. Maximus Bischoff zu Turin, der Heil.

triarcha Alexandrinus, S. Petrus Chryſologus Ravennatum Epiſcopus, S. Hilarius Epiſcopus Arelatenſis, S. Proſper S. Auguſtini diſcipulus, Vincentius Lirinenſis, Salvianus Presbyter Maſſilienſis &c.

Sanctitate fulgebant S. Alexius, S. Jacobus Interciſus aliíque Martyres innumeri in Perſide & Africa, S. Severinus Noricorum Apoſtolus, S. Remigius, S. Pulcheria Auguſta, Virginitatem cum matrimonio jungens, S. Genovefa &c.

10. Num defuêre miracula?

Haudquaquam; nam longè plurima à S. Auguſtino, Victore Uticenſi Epiſcopo, aliisque fide digniſſimis & oculatis teſtibus recenſentur. De puero illo Conſtantinopoli, imperante Theodoſio II. in aëra ſublato; auditóque triſagio: ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς, ad ſuos reverſo, in opuſculo III. meminimus. Grande quoque orbis miraculum erat Simeon ille ςυλίτης ultra annos octoginta columnæ perpetuò inſiſtens, &, qui eidem ſucceſſit, Daniel Stylita.

Seculum VI.

1. Qui Seculi hujus Pontifices ſummi?

53. S. Hormisdas *ad*	523	60. S. Vigilius *ad*	555
54. S. Joannes	526	61. S. Pelagius	560
55. S. Felix III.	530	62. S. Joannes III.	573
56. S. Bonifacius II.	532	63. S. Benedictus	578
57. S. Joannes II.	535	64. S. Pelagius II.	590
58. S. Agapetus	536	65. S. Gregorius M.	604
59. S. Silverius	538		

2. Qua

Cyrillus Patriarch zu Alexandria, der Heil. Petrus Chrysologus oder guldene Redner Bischoff zu Ravenna, der Heil. Hilarius Bischoff zu Arles, der Heil. Prosper des H. Augustini Lehr-Jünger, Vincentius Lerinensis, Salvianus ein Priester in Marsilien.

An Heiligkeit glantzeten der Heil. Alexius, der H. Jacobus Intercisus oder der gestümmelte / samt unzahlbaren anderen Martyrern in Persien und Africa, S. Severinus der Nordgäuer Apostel, S. Remigius, die Heil. Pulcheria Kayserin, welche in dem Ehestand eine Jungfrau verblieben, die Heil. Genovefa 2c.

10. Ist an Wunderzeichen ein Abgang gewesen?

Keines wegs; massen der Heil. Augustinus, Victor, Bischoff zu Utica, und andere bewährteste Zeugen, die es selbst mit Augen gesehen, ein grosse Anzahl derselben erzehlen. Von jenem Knaben zu Constantinopel, so unter dem Kayser Theodosio II. in die Luft erhoben worden, und nach angehörtem Englischen Gesang: **Heiliger GOtt / Heiliger Starcker / Heiliger Unsterblicher / erbarm dich unser** / wieder zuruck kommen, haben wir im dritten Wercklein Anregung gethan. Ein ungemein grosses Welt-Wunder war auch Simeon Stylita selbst, welcher über die 80. Jahr auf einer Säule unaufhörlich gestanden, wie auch dessen Nachfolger Daniel Stylita.

Das sechste Jahr-Hundert.

1. Was haben für Päbst regirt?

53. S. Hormisdas bis	523	60. S. Vigilius bis	555
54. S. Johannes	526	61. S. Pelagius	560
55. S. Felix III.	530	62. S. Johannes III.	573
56. S. Bonifacius II.	532	63. S. Benedictus	578
57. S. Johannes II.	535	64. S. Pelagius II.	590
58. S. Agapetus	536	65. S. Gregorius M.	604
59. S. Silverius	538		

2. Qua laude supremi isti pastores suas pascebant oviculas?

Muneri quisque suo strenuè intenti erant. Inter omnes tamen eminuit S. Gregorius M. qui sanctitatis, doctrinæ, rerúmque gestarum fama totum latè orbem implevit. Vigilius in Pontificiam primùm sedem se ipse intrusit. Verùm ubi legitimis dein comitiis Pontifex renunciatus est, in alium mox virum mutabatur, ex lupo pastor ovilis Christi vigilantissimus.

3. Quis Ecclesiæ status?

Disciplina Ecclesiastica pariter ac monastica magnopere viguit. Ac licèt augescente nimium quantum Christianorum numero, primus ille ardor sensim deferbuerit; plurimi tamen omnis ordinis, conditionis ac sexûs sublimem sanctitatis gradum attigêre.

4. Quæ Ecclesiæ incrementa?

Quò majora Ecclesia in Oriente ob grassantes ibidem hæreses ac schismata detrimenta, eò ampliora in Occidente cepit incrementa. Ac primò quidem regnante Reccaredo, S. Hermenegildi fratre, Hispania universa, abjurata hæresi Ariana, Catholica sacra suscepit. 2. Theodelinda Bavariæ Dux pientissima Agilulphum conjugem, Longobardorum Regem cum subjectis populis ab Ariana impietate, ad religionem orthodoxam revocavit. 3. S. Augustinus ejúsque socii ex S. Benedicti familia à S. Gregorio M. missi, Anglos, è Saxonia illuc priore seculo trajectos, ad Christum adjunxêre.

5. Quæ

2. Wie haben diese geistliche Ober-Hirten ihre Schäflein geweidet?

Sie haben ihr Amt sämtlich wohl versehen. Doch hatte aus allen den Vorzug der Heil. Gregorius M. welcher seiner Heiligkeit, Wissenschafft und Groß-Thaten halber in der gantzen Welt berühmt. Vigilius hat sich zwar Anfangs in den Päbstlichen Stuhl eingedrungen; nachdem er aber durch rechtmäßige Wahl Pabst worden, ist er in einen gantz anderen Menschen verwandelt, und aus einem Wolf ein sehr wachsamer Hirt des Schaf-Stalls Christi worden.

3. In was für einem Stand befand sich die Kirch?

Die Kirchisch- und Clösterliche Zucht war noch in gutem Stand. Und ob schon bey häuffig anwachsender Menge der Glaubigen jener erste Eifer nach und nach abzunehmen begunte, seynd doch sehr viel von beyderley Geschlecht aus allerhand Ständen zu hoher Heiligkeit gelanget.

4. Wie hat die Kirch zugenommen?

Je mehr die Kirch in Orient wegen denen allda schwärmenden Ketzereyen und Spaltungen abnahm, desto mehr nahm selbe in Occident zu. Dann erstlich hat gantz Spanien unter dem König Reccaredo, des Heil. Hermenegildi Bruder, die Arianische Ketzerey abgeschworen, und sich zum Catholischen Glauben bekennet. 2. Theodelinda eine sehr Gottseelige Hertzogin aus Bayern hat Agilulphum ihren Ehegemahl König der Lombarder samt den Unterthanen von der Arianischen Gottlosigkeit zum wahren Glauben verleitet. 3. Der Heil. Augustinus und seine Gesellen aus dem Orden des Heil. Benedicti, welche der Heil. Gregorius M. abgesandt, haben die Engelländer, so in vorigem Seculo aus Sachsen dahin kommen seynd, zu Christo bekehrt.

5. Was

5. Quæ hæresum lolia pullulârunt?

Potiores temporis hujus hæretici erant Eutychiani, in sectas propè innumeras, Chalcedonensi omnes Concilio adversantes, divisi, qui & Acephali *sine capite dicti*, quòd Ecclesiasticis suis Superioribus subesse detrectarent. Ex his erant Agnoëtæ, Aphthartodocetæ, Tritheitæ, Theopaschitæ &c. Primi docebant, Christum ignorare extremum judicii diem &c. secundi, Christi corpus ante resurrectionem nec corruptioni, nec perpessioni fuisse subjectum; tertii, SS. Trinitatem ex tribus constare naturis; quarti (quorum auctor priore Seculo erat Petrus κναφεὺς sive fullo) divinitatem ipsam cruci fuisse affixam. Qui error ansam dedit diuturnæ illi controversiæ: *Unus è Trinitate in carne passus est.* Quam quæstionem, licèt Catholicæ fidei haud adversantem, S. Hormisdas Papa ad novas & inutiles tricas præcavendas, decidere noluit.

6. Quæ Concilia coacta sunt?

1. In quinto Concilio Oecumenico Constantinopoli A. 553. præsentibus tribus Patriarchis & centum sexaginta quinque Episcopis celebrato, damnatus Origenes, & *tria capitula*, hoc est, scripta Theodori Episcopi Mopsuesteni, & Theodoreti Episcopi Cyrensis, atque Epistola Ibæ Episcopi Edesseni. 2. In Synodo Arausicana II. condemnati sunt Semipelagiani, sive *Massilienses*, sic dicti, quòd hæresis hujus architecti non pauci Massiliæ sedem fixerint.

7. Qui ritus aliáque ad disciplinam Ecclesiasticam pertinentia introduci cœpta?

1. S. Gregorius M. cantum Ecclesiasticum pre-

5. Was für Ketzerisches Unkraut wuchse herfür?

Die meiste Ketzer dieser Zeit waren die in fast unzahlbare Secten zertheilte Eutychianer, welche sämtlich das Chalcedonensische Concilium verwarffen. Sie wurden auch Acephali, das ist, ohne Haupt genant, weil sie ihrer Geistlichen Obrigkeit nicht wolten unterthan seyn. Aus diesen waren die Agnoëtæ, Aphthartodocetæ, Tritheitæ, Theopaschitæ &c. Die ersten lehrten, Christus wisse nicht den letzten Gerichts-Tag rc. Die andere, Christi Leib habe schon vor seiner Urständ weder verwesen, noch leiden können; Die dritte, die Heil. Dreyfaltigkeit bestehe in drey Göttlichen Naturen; Die vierte (derer Urheber Petrus der Walcker zugenannt, im vorigen Seculo gewesen) die Gottheit selbst seye gecreutziget worden. Welcher Irrthum Gelegenheit gab zu jenem langwürigen Schul-Streit: Einer aus der Dreyfaltigkeit hat in dem Fleisch gelitten. Welche Streit-Frag, ob sie schon nicht wider den Catholischen Glauben war, der Heil. Pabst Hormisdas, um neue und unnütze Zanckereyen zu verhüten, nicht hat erörtern wollen.

6. Was wurden für Concilia gehalten?

1. In dem fünfften allgemeinen Concilio, welches zu Constantinopel A. 553. in Beyseyn dreyer Patriarchen und 165. Bischöffen gehalten wurde, ist Origenes und die so genannte drey Capitula, das ist, die Schrifften Theodori Bischoffs zu Mopsuestia, und Theodoreti Bischoffs zu Cyro, wie auch das Sendschreiben des Ibas Bischoffs zu Edessa verdammt worden. 2. Im zweyten Arausicanischen Kirchen-Rath seynd die Semipelagianer oder Marsilier, also benamset, weil viel aus den Urhebern dieser Ketzerey sich zu Marsilien aufhielten, verdammet worden.

7. Was hat man für Ceremonien und anders zur Kirchen-Zucht gehöriges eingeführt?

1. Der Heil. Gregorius M. hat das Kirchen-Gesang und die

césque horarias in eam fermè, qua Ecclesia hodiedum utitur, formam redegit; Missæ ritus quosdam precésque adjecit: quadraginta dierum jejunio sacrorum cinerum aspersionem præmittendam esse statuit. 2. Episcopis ob graves subinde causas permissum, ut *Coadjutorem* cum jure successionis sibi possent asciscere. 3. Iidem Ecclesiæ suæ, nisi aliud fortè hujus aut utilitas aut necessitas posceret, coràm semper & in promptu adesse debuerant; Episcopatu verò cedendi copia nemini, nisi ex causis gravissimis, facta est. 4. Episcoporum causæ in conciliis *particularibus*, quibus Archiepiscopi præerant, dijudicari solebant; inde tamen ad Papam dabatur provocatio. 5. Nec Presbyteri ante annum tricesimum, nec Diaconi ante vicesimum quintum initiabantur. Non rarò tamen pueri, qui ad munia Ecclesiastica idonei videbántur, clericali habitu induti, in seminariis instituebantur: cæteri verò Clerici cum Episcopo suo iisdem in ædibus passim habitabant, erántque tam hi, quàm illi exempti prorsus à laici Magistratus jurisdictione. 6. S. Pelagius I. legem tulit, ut Clerici omnes, qui sacræ psalmodiæ non interessent, preces Canonicas jam inde ab Apostolorum temporibus statis diei noctísque horis decantari solitas, privatim persolverent; qua de re in Conciliorum æquè & Pontificum ordinationibus crebra fit mentio. 7. Diaconissarum & nomen, & officium hoc seculo abrogatum est.

8. Quibus Ordinibus Religiosis Ecclesia decorata simul & firmata est?

1. S. Patriarcha Benedictus in monte Cassino cele-

die Priesterliche Tag-Zeiten fast auf den Schlag, wie selbe heut zu Tag noch üblich, eingerichtet. Er hat auch zur Heil. Meß etwas von Ceremonien und Gebett hinzugesetzt, inS gleichen die Einäscherung zu Anfang der vierzig-Tägigen Fasten durchgehends eingeführt. 2. Den Bischöffen wurde zuweilen aus hochwichtigen Ursachen erlaubt einen Coadjutor zu bestellen, der ihnen im Bißthum nachfolgen solte. 3. Eben die Bischöff waren genau verbunden bey ihrer anvertrauten Kirch beständig zu verbleiben, wofern nicht derselben Wohlfahrt oder Nothdurfft was anders erforderte: das Bißthum aber völlig anzulassen wurde keinem ohne allerwichtigste Ursach gestattet. 4. Der Bischöffe Rechts-Händel wurden in denen particular-Conciliis, denen die Ertz-Bischöff vorstunden, ausgemacht und entschieden, wovon sich doch dieselbe zu dem Pabst beruffen konten. 5. Kein Priester wurde geweyhet, der nicht dreyßig, und kein Diacon, der nicht 25. Jahr alt war. Doch wurden zum öfftern junge Knaben, welche man zum Kirchen-Dienst tauglich zu seyn erachtete, wie Clerici gekleidet, in denen Seminariis oder Pflantz-Häusern auferzogen und unterrichtet; die übrige Geistliche aber wohnten vielfältig mit dem Bischoff in einer Behausung, und waren so wohl diese als jene von aller weltlichen Bottmäßigkeit und Gerichts-Zwang gäntzlich befreyet. 6. S. Pelagius I. machte ein Gesatz, daß alle vom Chor abwesende Geistliche die Priesterliche Tag-Zeiten, welche von Apostel-Zeiten her zu bestimmten Tag- und Nacht-Stunden gesungen wurden, täglich insonderheit betteten; wovon in denen Kirchen-Versammlungen und Verordnungen der Päbst öfftere Anregung geschieht. 7. Um diese Zeit ist der Nahm und das Amt der Diaconissinen in Abgang kommen.

3. Mit was für Orden-Ständen ist die Kirch GOttes gezieret und verstärcket worden?

1. Der Heil. Ertz-Vatter Benedictus hat auf dem Berg Cassino zu seinem Welt-berühmten Orden den Grund gelegt,

celeberrimi ſui Ordinis fundamenta jecit, quem toto latè Occidente mirificè propagavit, ſanctiſſimis legibus præſcriptis. 2. In Hiſpania S. Iſidorus Epiſcopus & S. Fructuoſus Abbas, in Gallia S. Cæſarius, Aurelianus, Ferreolus, Donatus Epiſcopi, & S. Abbas Columbanus peculiaribus vivendi legibus conſcriptis, inſtitutum monaſticum magnopere promoverunt.

9. Quinam doctrina & ſanctitate celebriores?

Præter jam memoratos Severinus Boëtius Conſul Romanus, omnium diſciplinarum, virtutúmque Chriſtianarum laude præſtans, S. Fulgentius, S. Gregorius Turonenſis, S. Leander Hiſpalenſis Epiſcopus &c.

S. Maurus Abbas, S. Medardus, S. Patritius Hiberniæ Apoſtolus, S. Clotildis & S. Radegundis Franciæ utraque Regina, S. Maria Ægyptiaca &c.

10. Num DEus miraculis quoque Eccleſiam ſuam illuſtravit?

Ex innumeris unum alterúmque affero. 1. Sacrificante S. Gregorio M. pànis Euchariſticus, quem mulieri, de Sacramenti hujus veritate ambigenti, porrecturus erat, in carnem verſus eſt. 2. Epiſcopi Orthodoxi, quibus Vandali linguas usque ab radicibus reſecuerant, diſertè, ut priùs, loqui perrexêre. Multis adhæc magníſque miraculis claruêre SS. Benenedictus, Severinus, Leonardus, Medardus, Brigida &c. Plura percenſent S. Gregorius M., S. Gregorius Turonenſis, aliíque.

welchen er durch gantz Occident wundersam hat ausgebreitet und mit sehr heiligen Satzungen versehen. 2. In Spanien hat der Heil. Bischoff Isidorus, und der Heil. Abt Fructuosus; in Franckreich aber die heilige Bischöff Cäsarius, Aurelianus / Ferreolus, Donatus, und der Heil. Abt Columbanus besondere Ordens-Regeln aufgesetzt, mithin die Clösterliche Zucht mercklich befördert.

9. Welche waren an Lehr und Heiligkeit sonders berühmt?

Nebst denen vorerwehnten, Severinus Boetius, Römischer Burgermeister, ein in allen Wissenschafften und Christlichen Tugenden fürtrefflicher Mann; S. Fulgentius, S. Gregorius Bischoff zu Turon / S. Leander Bischoff zu Sevilla rc.

S. Maurus der Abt, S. Medardus, S. Patritius der Irrländer Apostel, S. Clotildis und S. Radegundis, beyde Königinnen in Franckreich, S. Maria aus Egypten rc.

10. Hat auch GOtt durch einige Wunderwerck seine Kirch scheinbar gemacht?

Aus unzahlbaren bring ich nur ein und anders bey. 1. Als der Heil. Pabst Gregorius Meß hielte, ist das consecrirte Brot, welches er einem Weib, so an der Wahrheit dieses Sacraments zweiffelte, darreichen wolte, in Fleisch verändert worden. 2. Jene rechtglaubige Bischöff, denen die Wenden die Zung völlig heraus geschnitten, redeten dannoch so gut, als zuvor. So haben auch mit vielen und grossen Wunderzeichen geleuchtet der Heil. Benedictus, die Heil. Severinus, Leonardus, Medardus, Brigida rc. Noch mehr seynd von dem Heil. Gregorio M. von dem Heil. Gregorio Bischoff zu Turon und andern genau aufgezeichnet worden.

Seculum VII.

1. *Quæ Romanorum Pontificum ſucceſſio?*

66. Sabinianus *ad*	606	76 S. Eugenius *ad*	657
67. S. Bonifacius III.	6 7	77. S. Vitalianus	672
68. S. Bonifacius IV.	615	78. Adeodatus	676
69. S. Deusdedit	618	79. Donus	678
70. S. Bonifacius V.	625	80. S. Agatho	682
71. S. Honorius	638	81. S. Leo II.	683
72. S. Severinus	640	82. S. Benedictus II.	685
73. Joannes IV.	642	83. Joannes V.	686
74. S. Theodorus	649	84. Conon	687
75. S. Martinus	655	85. S. Sergius	701

2. *Quid de Pontificibus hiſce generatim commemorandum?*

Magna omnes laude Eccleſiæ gubernacula tenuêre. Honorio Pontifici, cætera laudatiſſimo, id vitio jure vertitur, quòd Sergii Patriarchæ Conſtantinopolitani, Hæretici Monothelitæ artibus inductus, ejusdem errorem mox atque innotuit, palàm ac manifeſtè damnare neglexerit, ratus, naſcentem hanc hæreſin indicto utrinque ſilentio compeſci poſſe; cùm tamen experientia teſte, ſectarii ſilentium, quòd à Catholicis ſervatum cupiunt, ipſi minimè teneant, tantóque tunc nocentiùs, quantò tectiùs virus ſuum ſpargant, quaſi ipſiusmet Apoſtolicæ ſedis tolerantiâ tantùm non approbatum id ſit. Bonifacio III. Eccleſiæ præſidente, nomen Epiſcopi Oecumenici, ſeu univerſalis, quod Patriarcha Conſtantinopolitanus contra jus fásque ſibi arrogaverat, ſolemni ipſius quoque Imperatoris Phocæ edicto vindicatum eſt ſoli Pontifici Romano, tan-

quam

Das siebende Jahr-Hundert.

1. Wie folgen die Römische Päbst nach einander?

66. Sabinianus bis	606	76. S. Eugenius bis	657
67. S. Bonifacius III.	607	77. S. Vitalianus	672
68. S. Bonifacius IV.	615	78. Adeodatus	676
69. S. Deusdedit	618	79. Donus	678
70. S. Bonifacius V.	625	80. S. Agatho	682
71. S. Honorius	638	81. S. Leo II.	683
72. S. Severinus	640	82. S. Benedictus II.	685
73. Johannes IV.	642	83. Johannes V.	686
74. S. Theodorus	649	84. Conon	687
75. S. Martinus	655	85. S. Sergius	701

2. Was ist von denen Päbsten überhaupt zu melden?

Alle seynd der Kirch GOttes mit grossem Ruhm vorgestanden. Dem sonst sehr preißwürdigen Pabst Honorio wird dieses billig ausgestellet, daß er von dem Constantinopolitanischen Patriarchen Sergio, einem Monothelitischen Ketzer hinterlistet, dessen Irrthum, alsbald er davon Luft bekommen, offentlich zu verdammen sich gesäumet, in Meinung, diese angehende Ketzerey werde durch beyderseits auferlegtes Stillschweigen aufgehoben werden; da doch die Erfahrung lehret, daß die Sectirer das Stillschweigen, so sie von den Catholischen allerdings erfordern, selbst nicht halten, sondern ihr Gifft mit desto grösserem Schaden, je verborgner es ist, ausstreuen, gleich als wann der Apostolische Stuhl selbst durch solches Nachsehen die Sach gut hiesse. Unter dem Pabstthum Bonifacii III. ist der Nahm eines allgemeinen Bischoffs, dessen sich der Patriarch zu Constantinopel unbillicher Weise anmaßte, durch einen öffentlichen Gewalts-Brief auch so gar des Kaysers Phocas dem Römischen Pabst allein, als dem Bischoff aller Bischöffen und

quam Episcoporum Episcopo, omniúmque Ecclesiæ Pastorum Pastori, cui Christus ipse oves suas omnes & agnos pascendos tradidit. S. Bonifacius IV. magnificum delubrum, Pantheon dictum, ejectis commentitiorum deorum simulacris Deiparæ, omniúmque Martyrum honoribus dedicavit. S. Martinus Papa ab Imperatore Constante crudelissimè vexatus est, quòd Monothelitarum hæresi fortissimè se opposuerit.

3. Quis status Ecclesiæ?

Huic Chosroës Persarum Rex magnas clades intulit, imò & Heraclius, postquam Monothelitarum hæresi implicitus, totus à se ipse degeneravit. Ejus nepos Constans Imperator dum memoratam modò hæresin totis viribus propagare nititur, se, rémque Christianam planè pessumdedit. Quidam etiam Orientis Imperatores per vim jus sibi arrogaverant Papæ electionem assensu suo ratam habendi. At Constantinus Pogonatus pristinam Ecclesiæ libertatem restituit; tametsi Exarchi, etiam contra Imperatoris mentem, jus illud prætensum aliquamdiu persequi sint ausi.

4. In quasnam regiones missi Euangelii præcones?

Tametsi in Africa, quam Saraceni occupaverant, Fidei lumen extinctum est, id ipsum tamen in multis aliis Provinciis exoriri cœpit. In Flandria S. Eligius, in Franconia S. Chilianus verbi divini sementem sparsit. Batavos & Frisios cum Saxoniæ parte SS. Suibertus & Wulfrannus ad Christum adduxêre &c. Judæi in Oriente, Hispania & Gallia exilium, vel Baptismum eligere jubentur. Exeunte

hoc

Hirt aller Kirchen-Hirten, dem Christus selbst alle seine Schaf und Lämmer zu weiden übergeben, zuerkannt worden. Der Heil. Bonifacius IV. hat den prächtigen Tempel, Pantheon genannt, von denen Heydnischen Götzen-Bildern gesäubert, und zu Ehren der Mutter GOttes und aller HH. Martyrer eingeweyhet. Mit dem Heil. Pabst Martino ist der Kayser Constans sehr grausam verfahren, weil derselbige sich den Monotheliten starckmüthigst widersetzte.

3. In was für einem Stand befand sich die Kirch?

Dieser hat Chosroes König in Persien sehr viel Ubels zugefügt, ja so gar auch Heraclius / nachdem er in die Monothelitische Ketzerey gefallen, und mithin gantz aus seiner vorigen guten Art geschlagen. Dessen Enckel Constans der Kayser, da er die ersterwehnte Ketzerey nach allen Kräfften fortzupflantzen sich bemühete, hat hierdurch sich selbst, und das Christliche Wesen zu Grund gerichtet. Es hatten sich auch einige Orientalische Kayser gewaltthätiger Weise des Rechts angemasset, die Päbstliche Wahl durch ihre Einwilligung zu bestättigen: aber Constantinus Pogonatus setzte die Kirch in ihre vorige Freyheit; obschon die Exarchen sich unterstanden jenes fürgeschützte Recht auch wider des Kaysers Willen eine Zeitlang zu behaupten.

4. In was für Länder seynd die Verkünder des Evangelii abgesandt worden?

Obschon in Africa, welches die Saracener eingenommen, das Glaubens-Liecht erloschen, ist doch selbes hinwieder in vielen andern Provintzen aufgangen. In Flandern predigte der Heil. Eligius, in Francken der Heil. Chilianus. Die Holl- und Frießländer samt einem Theil Sachsens wurden durch die HH. Suibertum und Wulfrannum bekehret ꝛc. Die Juden mußten in Orient, Spanien und Franckreich entweders die Lands-Verweisung oder die Tauff erwählen.

hoc ſeculo S. Rupertus, Wormatienſis antea Epiſcopus à Theodone III. Bavariæ Duce invitatus, ſacro hunc fonte abluit. Idem ſacram Oettingæ ædiculam, non in Germania tantùm, ſed apud exteras quoque nationes ob innumera maximáque miracula ad hoc usque tempus ibidem fieri ſolita celebrem, Deiparæ honoribus dedicâſſe traditur.

5. Quæ hæreſes exortæ?

1. A. 622. Mahometes, Judæo quodam & Sergio Monacho adjutoribus, ex omnibus fermè ſectis, ut omnes ad ſe pelliceret, ſuam conflavit ſectam. Nam cum Sabellio negavit SS. Triados myſterium; Chriſto, quem Prophetam ſanctum ex Maria Virgine natum affirmavit, divinitatem abrogabat cum Carpocrate; cum Judæis & Ebionitis circumciſionem, crebras corporis lavationes, aliáque id genus ad ſalutem neceſſaria eſſe docuit; cum Anthropomorphitis DEum finxit corporeum; cum Tatianiſtis vini uſum ſuis prohibuit &c. Atque his aliíſque innumeris erroribus, fabulis, ineptiis Alcoranus totus, quantus eſt, ſcatet. Execranda porrò hæc ſecta per totum fermè Orientem & Africam celerrimè propagari cœpit. Neque id mirum; quippe veterator ille nequiſſimus reluctantes vi armorum; cæteros verò eſcâ voluptatum, in quibus cum Epicuri de grege porcis ſupremam hominis felicitatem poſuit, catervatim in ſuas pertraxit partes. 2. Monothelitæ, quorum duces erant Cyrus & Sergius Patriarchæ, ille Alexandrinus, hic Conſtantinopolitanus, quibus poſtea etiam Macarius Patriarcha Antiochenus acceſſit, non niſi

Zu End dieses Seculi ist der Heil. Rupertus ehemahls Bischoff zu Worms, von Theodone III. Hertzog in Bayern eingeladen worden, den er auch getaufft. Eben dieser Heil. Bischoff solle auch zu Alten-Oettingen nicht nur in Teutschland, sondern auch bey ausländischen Völckern wegen daselbst bis zu jetziger Zeit immerfort währenden unzahlbaren und grösten Wunderthaten berühmte heilige Capell zu Ehren der Mutter GOttes eingeweyhet haben.

5. Was seynd für Ketzereyen entstanden?

1. Im Jahr Christi 622. hat Mahomet mit Beyhülff eines Judens und Sergii eines Mönchs seine gottlose Sect fast aus allen andern Secten, damit er hierdurch alle an sich lockte, zusammen geschweisset. Dann mit Sabellio läugnete er das Geheimnus der dreyeinigen GOttheit; mit Carpocrate sprach er Christo, den er für einen heiligen, aus Maria der Jungfrau gebohrnen Propheten hielte, die GOttheit ab; mit den Juden und Ebioniten hat er die Beschneidung, das vielfältige Abwaschen des Leibs, und anders dergleichen als zur Seeligkeit nothwendige Sachen erfordert; mit den Anthropomorphiten gab er vor, GOtt habe einen menschlichen Leib; mit den Tatianisten verbot er den Seinigen das Weintrincken rc. Mit solchen und andern unzahlbaren Irrthümern, Fabeln und Narren-Possen ist der gantze Alcoran über und über angefüllet. Und diese so abscheuliche Sect hat sich fast in gantz Orient und Africa sehr schnell ausgebreitet. Doch muß man sich darüber gar nicht verwundern; dann die, so sich widersetzten, hat dieser Ertz-Betrüger mit Gewalt der Waffen; die übrige aber durch das Keder fleischlicher Wollüsten, in welchen er mit den Epicurischen Schweinen des Menschen gröste Glückseeligkeit setzte, Schaar-weis an sich gezogen. 2. Die Monotheliten, deren Anführer Cyrus Alexandrinischer, und Sergius Constantinopolitanischer Patriarch waren, denen nachgehends auch Macarius Patriarch zu

nisi unicam in Christo voluntatem admittebant.

6. Quæ habita Concilia?

1. A. 680. Constantinopoli in Concilio Oecumenico VI. Monothelitæ damnati fuêre. 2. A. 649. à S. Martino Papa centum & quinque Episcoporum Concilio Romæ coacto Monothelitarum hæresis condemnata, proscriptáque *Ecthesis* Heraclii, & *Typus* Constantis Imperatorum. Ecthesis sive *expositio* à Sergio, Typus sive credendi formula quædam à Paulo (Constantinopolitanus uterque Patriarcha erat) dictorum Imperatorum nomine vulgabantur, quibus ad conciliandam, seu potiùs turbandam Ecclesiæ pacem Catholici æquè ac Monothelitæ silere deinceps jussi sunt de una aut gemina in Christo voluntate. Alia insuper Concilia alibi cùm ad profligandas hæreses, tum ad morum disciplinam restituendam celebrata fuêre.

7. Qui ritus inducti?

1. Sabinianus Campanarum pulsum. 2. S. Vitalianus organa, aliáque instrumenta musica in templis adhibenda curavit. 3. Die Purificatæ Virgini sacra cerei consecrati, distributíque: unde festum seu *Missa Luminum*. 4. A. 680. Romæ divino monitu ara S. Sebastiani honoribus est erecta, sacráque ejus lipsana illuc translata ad propulsandam horribilem luem, quæ exinde mox cessavit. 5. Exaltationis S. Crucis solemnitas post insignem illam Heraclii victoriam de Chosroë reportatam multò illustrior haberi cœpit.

8. Quo statu fuerat disciplina Monastica?

Etsi novus hoc Seculo ordo religiosus fundatus non

Intiochia sich beygesellet, liessen in Christo nur einen einzi-
en Willen zu.

6. Was seynd für Kirchen-Versammlungen an- gestellet worden?

1. A. 680. seynd in dem sechsten allgemeinen Concilio zu Constantinopel die Monotheliten verdammet worden. 2. A. 649. ist zu Rom von dem Heil. Pabst Martino in einer Versammlung von hundert fünff Bischöffen die Ketzerey der Monotheliten verdammet, auch Ecthesis Heraclii, und Typus Constantis der Kaysern verworffen worden. Ecthesis war eine Auslegung, welche Sergius; Typus aber eine Glaubens-Formul, welche Paulus, beyde Patriarchen zu Constantinopel, unter dem Nahmen ersterwehnter Kayser haben ausgehen lassen, worinnen zu Herstellung, oder vielmehr zu Störung des Kirchen-Friedens den Catholischen so wohl als Monotheliten gebotten wurde hinfüran weder von einem noch zweyen Willen in Christo einiges Wort zu melden. Nebst diesem wurden anderstwo noch andere Concilia gehalten theils zu Ausrottung Ketzerischer Irrthümer, theils zu Verbesserung der Sitten.

7. Was wurden für Kirchen-Gebräuch eingeführt?

1. Sabinianus hat die Glocken. 2. S. Vitalianus die Orgeln nebst andern Musicalischen Instrumenten in den Kirchen zu gebrauchen verordnet. 3. Am Mariä Reinigungs-Fest wurden die Kertzen geweyht und ausgetheilt; dahero der Nahm Liechtmeß. 4. A. 680. ward zu Rom aus Befehl GOttes dem Heil. Sebastiano zu Ehren ein Altar aufgerichtet, und dessen Heil. Reliquien dahin versetzt, zu Abtreibung der damals entsetzlich wütenden Pest, welche darnach von Stund an aufgehöret. 5. Das Creutz-Erhöhungs-Fest ward nach jenem herrlichen Sieg, welchen Heraclius von dem Chosroes erhalten, viel feyerlicher begangen.

8. Was hatte es mit dem Closter-Leben für eine Bewandnus?

Obschon in diesem Seculo kein neuer geistlicher Orden ge-

non eſt, priùs tamen inſtituti magis ſemper magísq
propagari cœpêre, præcipuè S. Benedicti familia
cui Principes quoque non pauci nomen dedêre.

9. *Qui ſeculi hujus ſcriptores aliíque Sancti nominatiores*

S. Sophronius Patriarcha Hieroſolymitanus & S
Maximus Abbas Martyr, glorioſi ambo Monotheli
tarum debellatores, S. Iſidorus Epiſcopus Hiſpalen
ſis, S. Ildephonſus Archiepiſcopus Toletanus &c
S. Oſwaldus Angliæ, S. Sigebertus Auſtraſia
Rex, S. Emmeramus, S. Gertrudis Abbatiſſa Nivel-
lenſis &c.

10. *Quæ miracula celebrantur ?*

Heraclius Imperator Chriſti crucem ex hoſte re-
ceptam non niſi ſuperbiſſimis veſtibus humili cum
habitu mutatis priſtinum in locum reportare potuit.
Multa porrò magnáque miracula SS. Amandus, Co-
lumbanus, Gallus, Joannes Eleemoſynarius &c.
edidêre, quæ in eorundem Sanctorum actis fusè
recenſentur. Nec pauca collegit Joannes Moſchus,
ævi hujus ſcriptor percelebris, qui in *Prato ſpirituali*,
à Synodo VII. laudato, memorat, panem Eucha-
riſticum Seleuciæ ab Catholico heri hæretici famulo
domi in armario repoſitum, culmos poſtea & ſpicas
emiſiſſe, qui palàm dein oſtenſus eſt Epiſcopo & po-
pulo, rei novitate prorſus attonitis.

Seculum VIII.

1. *Quinam Pontifices in Petri cathedra ſedêre?*

86. Joannes VI. *ad*	705	89. Conſtantinus *ad*	715
87. Joannes VII.	707	90. S. Gregorius II.	731
88. Siſinnius	708	91. S. Gregorius III.	741

92. S. Za-

ifftet worden, haben sich doch die hiebevor aufgerichtete nmerdar mehr ausgebreitet, absonderlich des Heil Bene- icti Orden, in welchen sich auch nicht wenig Fürstliche Per- onen begaben.

9. Welche seynd die bekanntere Lehrer und Heilige dieses Jahr-Hunderts?

S. Sophronius Patriarch zu Jerusalem und S. Maxi- nus Abt und Martyrer, beyde glorwürdigste Uberwinder er Monotheliten, S. Isidorus Bischoff zu Sevilla, S. Ildephonsus Ertz-Bischoff zu Toledo 2c.

S. Oswaldus König in Engelland, S. Sigbertus Kö- nig zu Austrasien, S. Emmeramus, S. Gertraud Aebtissin u Nivell 2c.

10. Was werden für Wunderwerck angerühmt?

Heraclius der Kayser kunte das vom Feind wieder zuruck geschickte Creutz Christi an das vorige Ort so lang nicht überbringen, bis er seinen prächtigsten Aufzug mit einer gantz schlechten Kleidung verwechselt. Die Heil. Amandus, Columbanus, Gallus, Johannes der Allmosen-Geber 2c. würckten viel und grosse Wunder, welche in ihrer Lebens- Beschreibung weitläuffig erzehlt werden. Viel hat auch aufgezeichnet Johannes Moschus ein dieser Zeiten berühm- ter Scribent, welcher in seinem sogenannten Prato spirituali, dessen im siebenden Concilio Meldung geschieht, schreibet, daß zu Seleucia ein Catholischer Bedienter eines Ketzeri- schen Herrn die Heil. Hostie mit sich nacher Haus in seine Behaltnus getragen, woselbst selbe nachgehends Hälm und Aehren herfür gebracht, die hierauf dem Bischoff und ge- samten Volck mit beyderseits gröster Erstaunung öffentlich fürgewiesen worden.

Das achte Jahr-Hundert.

1. Was für Päbst sassen auf dem Stuhl Petri?

86. Johannes VI. bis	705	89. Constantinus bis	715
87. Johannes VII.	707	90. S. Gregorius II.	731
88. Sisinnius	708	91. S. Gregorius III.	741

92. S. Za-

92. S. Zacharias *ad*	752	96. Stephanus V. *ad*	77
93. Stephanus II.	752	97. Hadrianus I.	79
94. Stephanus III.	757	98. S. Leo III.	81
95. S. Paulus I.	767		

2. Ecquod horum Pontificum regimen?

Magna omnes cura & ſolicitudine rem Eccleſiæ adminiſtrabant. Gregorio II. Gregorio III. Zachariæ, Stephano III. & Hadriano I. Exarchi, & Longobardorum Reges plurimum negotii faceſſivêre. Contra quorum iniquas violentásque machinationes Carolus Martellus, Pipinus, & Carolus M. eos ſtrenuè defendebant.

3. Quis erat Eccleſiæ ſtatus?

Sicut fidei doctrina à Chriſto & Apoſtolis tradita inde ab Eccleſiæ exortu eadem ſemper ſine ulla prorſus immutatione perſtiterat; ita è contrario morum diſciplina magnas identidem viciſſitudines ſubiit. Atque hoc quidem Seculo primus ille Chriſtianorum fervor ac pietas haud parùm remiſit, Regentum maximè vitio. Nam Græci Imperatores plerique vel hæreſi erant infecti, vel hæreticorum fautores. In Gallia Reges ad Pipinum usque otio ut plurimùm & voluptatibus diffluebant. Hiſpaniam univerſam, Witiza Rege ejúsque ſucceſſore in omnia ſe vitia effundentibus, Mauri inundârunt. In Italia Pontifices quò fortiùs conſtantiúsque pro DEO & Eccleſia ſtabant, eò acerbiùs indigniúsque accipiebantur. Germania magnam partem denſis idololatriæ tenebris immerſa jacuerat. Clerus ipſe à primæva illa morum integritate & ſanctitate magnopere deſciverat, populo eorum, qui ſacris æquè ac profanis præerant, exemplum, ut fit, imitante.

tante.

2. S. Zacharias bis	752	96. Stephanus IV. bis	772
3. Stephanus II.	752	97. Hadrianus I.	795
4. Stephanus III.	757	98. S. Leo III.	816
5. S. Paulus I.	767		

2. Wie haben die Päbst regiret?

Alle waren um den Wohlstand der Kirchen sehr sorgfäl-g und bemühet. Gregorius II. Gregorius III. Zacharias, Stephanus III. und Hadrianus I. mußten von denen Exar-hen und Lombardischen Königen überaus viel leyden. Sie wurden aber von Carolo Martello, Pipino und Carolo dem Grossen kräfftig beschützet.

3. Was für eine Beschaffenheit hatte es mit der Kirch?

Gleichwie die von Christo und denen Aposteln geprebigte Glaubens-Lehr je und allezeit ohn einzige auch mindeste Veränderung verblieben, also haben sich hingegen in den Sitten und Lebens-Wandel der Christen immerdar grosse Abwechslungen ereignet. In diesem Jahr-Hundert liesse jener erste Tugend- und Andachts-Eyfer der Christen merck-lich nach, sonderbar wegen übler Aufführung der damali-gen Welt-Regenten. Dann die meiste Griechische Kayser waren entweders selbst mit der Ketzerey behafft, oder denen Ketzereyen nicht ungünstig. In Franckreich haben die Kö-nige bis auf Pipinum fast allein dem Müßiggang und Wollüsten sich ergeben. Spanien wurde unter dem König Witiza und dessen Nachfolger, die sich in allen Lastern her-um weltzten, von den Mohren überschwemmet. In Italien wurden die Päbst desto schärffer und gewaltsamer verfolgt, je starckmüthig- und standhaffter sie für GOtt und die Kir-che stunden. Teutschland lag annoch grossen Theils in tieffer Finsternus des Unglaubens vergraben. Die Cle-risey selbst war von jener ersten unschuld und Reinigkeit des Lebens mercklich abgewichen, und richtete sich das Volck, wie es gemeiniglich zu geschehen pflegt, nach dem Beyspiel

geist-

tante. At verò in Anglia Scotiáque Religio Catholi-ca tantopere floruit, ut Sanctorum patria haud im-meritò nominari potuerit.

4. Quæ gentes ad veræ fidei notitiam adductæ?

S. Bonifacius natione Anglus, à S. Gregorio I missus, Germanos Christiana fide imbuit, qui dei à S. Zacharia Papa primus Moguntinensium Ar-chiepiscopus A. 745. creatus, plures Germani Episcopatus, quos inter Ratisbonensis, Eustadianu & Herbipolensis &c. annuente & confirmant Pontifice instituit, rémque Christianam insignite promovit, *Germaniæ Apostolus* meritò nuncupatus S. Ludgerus porrò in Westphalia, S. Wilibrordu in Frisia, S. Rupertus, & Corbinianus in Germa-nia superiore, S. Humbertus in Brabantia quàm plu-rimos Ecclesiæ adjunxit. Carolus M. Saxones vi-ctricibus armis suavi Christi jugo subjecit.

5. Quæ hæreses exortæ?

A. 726. Leo Isauricus Imperator, ejúsque filius Copronymus, Imperii juxtà ac paternæ impietatis hæres cum Leone IV. impio pariter Copronymi filio bellum, quod jam olim Marcionitæ, Mani-chæi, aliíque hæretici sacris imaginibus indixêre, totis viribus instaurârunt. A. 785. Felix Episco-pus Urgellitanus, & Elipandus Archiepiscopus Toletanus Nestorii hæresin ab inferis revocârunt, dum Christum secundùm naturam humanam non nisi adoptione filium DEI esse asseverabant, ac proinde geminas ei personas seu hypostases affin-gebant.

6. Qui-

istlich- und weltlicher Obrigkeit. In Engell- und Schott- nd hingegen blühete das Christenthum dermassen schön, ß mans billig ein Vatterland der Heiligen nennen kunte.

4. Was für Völcker wurden zum Glauben bekehret?

Der Heil. Bonifacius ein gebohrner Engelländer ward n dem Heil. Gregorio II. geschickt die Teutsche in dem hristlichen Glauben zu unterrichten; und nachdem er vom abst Zacharias zum ersten Ertz-Bischoff zu Mayntz im Jahr hr. 745. gemacht worden, hat er mit Genehmhaltung und estättigung des Pabsts mehr Teutsche Bißthümer, worun- r Regenspurg, Aichstädt, Würtzburg rc. aufgerichtet, ithin das Christenthum sehr befördert. Dahero ihm billig r hohe Ehren-Titul eines Apostels des Teutschlands zu- legt worden. So haben auch S. Ludgerus in Westpha- n, S. Wilibrordus in Frießland, S. Rupertus und S. orbinianus in Ober-Teutschland, S. Humbertus in Bra- nt sehr viel Heyden der Kirchen einverleibt. Carolus r Grosse hat durch seine siegreiche Waffen die Sachsen ter das süsse Joch Christi gebracht.

5. Was seynd für Ketzereyen entstanden?

A. 726. hat der gottlose Kayser Leo Isauricus und sein ohn Copronymus, der von dem Vatter nebst dem Kay- thum auch alle Gottlosigkeit ererbte, samt Leone IV. des pronymi gleichfalls gottlosen Sohn den Krieg, so längst vor die Marcioniten, Manichäer und andere Ketzer den ildnussen der Heiligen angekündet, mit allen Kräfften fort- setzt. A. 785. hat Felix Bischoff zu Urgella, und Elipan- s Ertz-Bischoff zu Toledo des Nestorii Ketzerey wiederum fgewärmet, sintemal sie gelehrt, Christus als Mensch e nur ein an Kinds-statt aufgenommener Sohn GOttes, m sie folgsam eine zweyfache Person oder Selbständigkeit legten.

6. Quibusnam in Conciliis memoratæ hæreſes condemnatæ fuêre?

A. 787. Concilium Nicænum ſecundum, inter Oecumenica ſeptimum, à trecentis quinquaginta Patribus contra Iconomachos celebratum eſt, ubi Iconoclaſtarum hæreſis damnata, ſacrarúmque imaginum cultus vindicatus. Felicis porrò atque Elipandi hæreſis A. 792. in Ratisbonenſi, ac biennio pòſt in Francofordienſi Synodo damnata eſt. Complura alia Concilia alibi ad reſtituendam morum diſciplinam inſtituta fuêre.

7. Quid de ſacris ritibus memorandum?

1. Lege cautum fuit, ne quis, niſi jejunus, divinæ menſæ accumberet. 2. In defunctorum ſolamen ac ſubſidium perpetua ſacra anniverſaria, Sodalitatésque inſtitutæ. 3. *Officium parvum*, ut vocant, B. Mariæ introductum. 4. Caroli M. temporibus Sacerdotibus eadem die iteratò Sacris operari licuerat. 5. Mos diſtribuendi Euchariſtiam pueris, qui divino intererant ſacrificio, antiquatus eſt.

8. Quis vitæ Monaſticæ progreſſus?

Piorum liberalitate & munificentia plura in dies Monaſteria condebantur, eò quòd res ibi divina ſingulari pietatis ſtudio, exemplo atque ædificatione peragebatur. S. Bonifacius Germaniæ Apoſtolus A. 744. Fuldæ; S. Hildegardis verò Caroli M. Auguſta conjux A. 777. Campiduni celeberrimum Ord. S. Benedicti Cœnobium, quod dein utrumque principis Abbatiæ dignitate condecoratum eſt, condidêre &c. Nec pauci Principali etiam, Regióque orti ſtemmate in monaſteria ſe abdidêre,

perpe-

6. Auf was für Conciliis seynd erwehnte Ketzereyen verdammt worden?

A. 787. ward das zweyte Nicänische Concilium, so aus denen allgemeinen das siebende, von 350. Vättern wider die Bilder-Stürmer gehalten, selbe als Ketzer verdammet, mithin die Verehrung der Heiligen Bilder bestättiget. Des Felicis und Elipandi Ketzerey aber ist A. 792. in dem Regenspurgischen, und zwey Jahr hernach in dem Franckfurtischen Concilio verdammt worden. Mehr andere Concilia seynd anderstwo zu Herstellung guter Sitten gehalten worden.

7. Was ist von Kirchen-Ceremonien zu melden?

1. Ward geboten, daß niemand, er seye dann nüchtern, zum Tisch des HErrn hinzu gehe. 2. Zu Trost und Hülff der Abgestorbenen werden ewige Jahr-Täg und Bruderschafften gestifftet. 3. Das sogenannte kleine Officium oder Tag-Zeiten unser lieben Frauen werden eingeführt. 3. Zu Zeiten Caroli des Grossen war denen Priestern annoch erlaubt des Tags mehr als nur einmahl das Heil. Meß-Opffer zu vollbringen. 5. Der Gebrauch das Hochwhrdige Sacrament den unschuldigen Kindern, so der Heil. Meß mit beywohnten, auszutheilen, ward aufgehebt.

8. Was für einen Fortgang gewann das Closter-Leben?

Durch der Glaubigen Freygebigkeit wurden immerzu mehr Clöster gestifftet, als in welchen der GOttes-Dienst mit sonderbarer Andacht und Auferbaulichkeit gehalten wurde. S. Bonifacius Apostel des Teutschlands hat A. 744. zu Fulda; S. Hildegardis aber, Caroli M. Ehe-Gemahl A. 777. zu Kempten ein herrliches Closter, beyde S. Bened. Ordens, so nachmal zu gefürsteten Abteyen worden, gestifftet etc. Viel Fürstlich- und Königliche Personen begaben sich in die Clöster, um alldort GOtt beständig dienen zu

perpetuam ibidem ſervitutem DEO ſerrituri. Contrà paſſim Monachi è cœnobiis ad infulas, graviſſimáque Eccleſiæ negotia ac munia evocabantur. Mulieribus non patebat aditus ad templa Monachorum, qui aliàs quoque ab externorum alloquio & conſuetudine magnopere abhorrebant. Unde S. Hidulphus Abbas Medanenſis S. Spinulum jam vitâ functum à patrandis deinceps miraculis abſtinere juſſit, ut hac ratione externis omnis via præcluderetur Monachorum ſolitudinem obturbandi.

9. Quinam doctrinâ & miraculis claruêre?

S. Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus, Venerabilis Beda, S. Joannes Damaſcenus cultûs ſacrarum imaginum propugnator acerrimus, S. Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinus, qui in Friſia martyrii laureâ decoratus eſt.

S. Richardus Anglorum Rex, S. Wilibaldi Epiſcopi Euſtettenſis, & S. Wunibaldi Abbatis, ac S. Walburgæ, ſacrarum Virginum Antiſtitæ, parens &c. S. Rupertum, Bojorum Apoſtolum, non niſi ſub annum Seculi hujus viceſimum è vita migrâſſe, accuratiores tradunt hiſtorici.

10. Quibus præcipuè miraculis Religio Chriſtiana confirmata eſt?

1. Crucifixi imago Beryti à Judæis perfoſſa, largo ſanguine manavit. 2. S. Joanni Damaſceno manus dextra amputata reſtituitur à Virgine Deipara. 3. Concilium Nicænum II. miracula à S. Platone M. in liberandis captivis patrata ſuo confirmat teſtimonio. 4. S. Suibertus Epiſcopus, & S. Winocus Abbas multis inclaruêre miraculis. 5. S. Ludgerus

können. Hingegen wurden die Geistliche vielfältig aus denen Clöstern zu Bischöfflichen Würden erhoben, und zu denen wichtigsten Kirchen-Geschäfften und Aemtern gebraucht. Denen Weibern ward der Eingang in die Clösterliche Kirchen keines wegs gestattet, und flohen die Mönche auch sonst die Ansprach und Gemeinschafft weltlicher Personen. Dahero S. Hidulphus Medanensischer Abt dem verstorbenen Heil. Spinulo verbotten, forthin kein Wunderzeichen mehr zu thun, damit solcher Gestalt den Auswendigen alle Gelegenheit abgeschnitten wurde die Ordens-Geistliche in ihrer Einsamkeit zu beunruhigen.

9. Welche haben an Lehr und Heiligkeit geleuchtet?

S. Germanus Patriarch zu Constantinopel, der Ehrwürdige Beda, S. Johannes Damascenus ein eifriger Verfechter der Heil. Bilder, S. Bonifacius Ertz-Bischoff zu Mayntz, so in Frießland die Marter-Cron erlangt.

S. Richardus König aus Engelland, des Heil. Wilibaldi Bischoffs zu Aichstädt, des Heil. Abts Wunibaldi, und der Heil. Aebtißin Walpurga Vatter ꝛc. Daß der Heil Rupertus Apostel der Bayern nicht ehe, dann um das zwantzigste Jahr dieses Seculi habe das Zeitliche geseegnet, wird von denen genauern Scribenten gründlich dargethan.

10. Mit was für Wunderzeichen ward die Christliche Religion bestättiget?

1. Ein Crucifix-Bild, so zu Beryto von denen Juden durchstochen worden, gab häuffiges Blut. 2. S. Johanni Damasceno wird von der Seeligsten Mutter GOttes die abgehauene rechte Hand wiederum angeheilet. 3. Das zweyte Nicänische Concilium bezeugt die von dem Heiligen Martyrer Plato in Erlösung der Gefangenen gewürckte Wunder. 4. Der Heil. Bischoff Suibertus und der Heil. Abt Winocus leuchten mit vielen Wunderzeichen. 5. Der

gerus Episcopus Monasteriensis, & Ven. Beda ævi sui miracula litteris consignârunt.

Seculum IX.

1. Quinam hoc Seculo Pontificatum gessêre?

99. Stephanus V. *ad*	817	109. Joan. VIII. *ad*	882
100. S. Paschalis	824	110. Marinus	884
101. Eugenius II.	827	111. Hadrian. III.	885
102. Valentinus	827	112. Stephan. VI.	891
103. Gregor. IV.	844	113. Formosus	896
104. Sergius II.	847	114. Stephan. VII.	897
105. S. Leo IV.	855	115. Romanus	898
106. Bened. III.	858	116. Theodorus II.	898
107. S. Nicolaus	867	117. Joan. IX.	900
108. Hadrian. II.	872		

2. Qua laude Pontifices isti rexêre Ecclesiam?

Perinsigni, si Stephanum VII. excipias, qui, postquam in sedem Pontificiam se intruserat, instigante potissimùm Sergio Antipapa, Formosi cadaver effossum, ac Pontificiis exutum insignibus, in Tiberim projici jussit. Hic dein è sede, quam invaserat, deturbatus, & in carcere strangulatus est. Joannes VIII. quòd impiis Photii, sedem Constantinopolitanam occupantis molitionibus constantia minùs virili se opposuerit, ansam fors dedit fabellæ illi de Papa fœmina. Quod ineptissimum absurdissimúmque commentum evidentibus pridem argumentis, ipsóque adeò silentio scriptorum omnium, maximè Græcorum, Romanæ Sedi id temporis summopere adversantium, satis supérque confutatum est. Quidam Formosum inter & Stephanum VII. interserunt Bonifacium VI. qui post Formosi obitum A. 896. Romanam sedem invasit, tenuítque diebus quindecim.

3. Quis

Heil. Münsterische Bischoff Ludgerus und der Ehrwürdige Beda haben die zu ihren Zeiten geschehene Wunder aufgezeichnet.

Das neunte Jahr-Hundert.

1. Was waren für Päbst in diesem Jahr-Hundert?

99. Stephanus V. bis	817	109. Johannes VIII. bis	882
100. S. Paschalis	824	110. Marinus	884
101. Eugenius II.	827	111. Hadrianus III.	885
102. Valentinus	827	112. Stephan. VI.	891
103. Gregor. IV.	844	113. Formosus	896
104. Sergius II.	847	114. Stephanus VII.	897
105. S. Leo IV.	855	115. Romanus	898
106. Bened. III.	858	116. Theodorus II.	898
107. S. Nicolaus	867	117. Johan. IX.	900
108. Hadrianus II.	872		

2. Wie haben diese Päbst die Kirch GOttes regiert?

Sehr lobsam, den Stephanum VII. allein ausgenommen, welcher, nachdem er sich in den Päbstlichen Stul eingedrungen, aus Anhetzung Sergii eines Affter-Pabsts des Formosi Leichnam ausgraben, der Päbstlichen Kleidung berauben, und in die Tiber werffen lassen. Er ward nachmals von seinem gewaltthätiger Weise besessenen Pabstthum verstossen, und im Kercker erdrosselt. Johannes VIII. weil er sich den gottlosen Unternehmungen des Photii, der sich des Constantinopolitanischen Patriarchats unrechtmäßiger Weise anmaßte, nicht mannlich genug widersetzet, gab vielleicht Anlaß zu jenem Weiber-Mährlein von einer Päbstin. Welches ungereimteste Gedicht schon längst mit Sonnen-klaren Proben, ja mit Stillschweigen selbst aller damals lebenden Scribenten, sonderbar der dem Römischen Stul überaus abholden Griechen, sattsam widerlegt worden. Etliche setzen zwischen dem Pabst Formoso und Stephano VII. Bonifacium VI. welcher nach des Formosi Hinscheiden A. 896. sich des Römischen Stuls bemächtiget, und 15. Tag darauf gesessen.

3. *Quis Ecclesiæ status nono hoc Seculo?*

Quàm studiosus tuendæ amplificandæque Ecclesiæ fuerat Carolus M. in Occidente, tam remissi erant in Oriente Imperatores Græci, qui proinde dignitate Imperatoria prorsus exciderunt. Cæterùm tametsi fidei doctrina ne minimum quidem detrimentum unquam ceperit, caperéve potuerit; morum tamen disciplina, & eximius ille virtutum splendor, quo in primo Ecclesiæ exortu pusillus Christi grex tantopere inclaruit, crescente in dies Christianorum numero haud parùm defecerat.

4. *Quibusnam in regionibus promulgatum est Euangelium?*

S. Anscharius Archiepiscopus Hamburgensis Suecos & Danos; S. Cyrillus verò cum S. Methodio fratre suo germano Bulgaros, Moravos, & Bohemos &c. fidei Christianæ notitia imbuerunt.

5. *Quinam hæretici Ecclesiam oppugnârunt?*

1. Gotteschalcus Monachus vagus & exlex affirmaverat, DEum, sicut quosdam ad vitam, ita alios ad mortem æternam destinâsse, hominésque ad peccandum impellere; nec velle omnes salvos fieri, sed eos duntaxat, qui salvantur. Christum pro electorum duntaxat salute mortem oppetiisse &c. Quas hæreses Lutherus, Calvinus & Jansenius multis pòst Seculis resuscitârunt. 2. Photius nobilitate, opibus, aulæ favore, profanáque maximè eruditione turgidus, & ad quidlibet audendum projectus, postquam A. 858. in Sedem Constantinopolitanam involaverat, fundamenta jecit luctuosi illius Græcorum schismatis. Utque veterator hic versutissimus nequitiæ suæ rationem obtenderet, Ecclesiam Romanam

3. Was für ein Aussehen gewann die Kirch in diesem neunten Jahr-Hundert?

So eiferig Carl der Grosse in Beschütz- und Ausbreitung der Kirch gewesen; so kaltsinnig erzeigten sich hingegen die Griechische Kayser, welche hierdurch endlich gar um das Kayserthum kamen. Ubrigens obschon die Heiligkeit der Glaubens-Lehr auch nicht im geringsten jemal abgenommen, noch abnehmen kunte; hat doch die Reinigkeit der Sitten und jener hell-schimmerende Tugend-Glantz, welcher in der ersten Kirch an dem noch kleinen Christen-Häufflein zu sehen war, bey so grosser und täglich mehr anwachsender Menge der Glaubigen mercklich abgenommen.

4. In was für Landen ist der Glauben verkündet worden?

S. Anscharius Ertz-Bischoff zu Hamburg hat die Schweden und Dänen; S. Cyrillus aber, und S. Methodius zween leibliche Brüder haben die Bulgarer, Mähren und Böhmen in dem wahren Glauben unterrichtet.

5. Was für Ketzer haben die Kirch bestürmet?

1. Gotteschalcus ein herumschweiffender, Regul-loser Mönch suchte die Leuth zu bereden, daß GOtt, gleichwie er einige zum ewigen Leben auserwählet, also hingegen andere zum ewigen Tod verordnet habe; auch die Menschen zur Sünd zwinge, und nicht verlange jedermann seelig zu machen, sondern nur jene, die würcklich seelig werden. Christus seye für die Auserwählte allein gestorben ꝛc. Welche Ketzereyen Luther, Calvin, und Jansenius nach viel hundert Jahren wiederum erneuert haben. 2. Photius wegen seines Adels, Reichthum, und Hof-Gunsts, sonderbar aber wegen weltlicher Wissenschafft gantz aufgeblasen, auch keck und gefaßt alle Schelmenstück zu wagen, nachdem er A. 858. sich in das Patriarchat zu Constantinopel eingedrungen, legte schon damals zu jener bedaurlichen Spaltung der Griechischen Kirchen den Grund. Und damit dieser verschlagene Ertz-Bößwicht seine Schalckheit bemäntelte, warff er der Röm. Kirch

manam variorum errorum inſimulare eſt auſus, at que inter alia eidem exprobrabat, quòd illis Symboli verbis *qui ex Patre procedit*, perperam interſeruerit *Filióque:* quòd non feriâ quartâ, uti Eccleſia Græca, ſed Sabbato ſuis jejunium imperet: quòd Matrimonii Sacramentum vilipendat, Clericos à nuptiis arcendo &c. Ajebat inſuper, per ipſam Imperii Romani Conſtantinopolin translationem urbis illius Patriarchæ præ Epiſcopo Romano primas datas, & adjudicatas fuiſſe, &c. Ac licèt ſchisma hoc, ab impio Photio excitatum, haud multò pòſt ſopitum fuerit; Seculo tamen XI. à Michaële Cerulario, inſtauratum, in hanc usque diem perdurat.

6. Quæ Concilia celebrata fuerunt?

1. In Synodo Oecumenica VIII. Conſtantinopoli A. 869. coacta, S. Ignatius Sedi Conſtantinopolitanæ, qua per ſummum nefas ab impio Photio deturbatus erat, reſtituitur, ſacrarúmque imaginum cultus concordibus denuò ſuffragiis approbatur. 2. Gotteſchalcus à pluribus Conciliis hæreſeos damnatus, inque perpetuam cuſtodiam, ne porrò nocere poſſet, traditus eſt, ſcriptis ejus igni exuſtis.

7. Quid de ſacris ritibus dicendum?

1. Dies omnium Sanctorum honoribus ſacer Gregorii IV. juſſu ab univerſa Eccleſia ſolemni ritu celebrari cœpit. 2. Gravi morbo oppreſſi *Confeſſione Sacramentali* peccata primùm expiabant, tum *extremæ Unctionis Sacramento* muniebantur, morbóque ingraveſcente ſacro demum viatico reficiebantur.

llerhand Irrthümer für, und klagte unter andern, daß die-elbe in der Glaubens-Bekantnus zu denen Worten: Wel-her vom Vatter ausgehet unrecht hinzugesetzt, und dem Sohn: daß sie nicht am Mittwoch, wie die Griechische Kirch, ondern am Samstag denen Ihrigen das Fasten gebiete: aß sie das Sacrament der Ehe verachte, indem sie der Cle-isey das Heyrathen verbiete ꝛc. Zudem sagte er, daß durch lbersetzung des Römischen Kayserthums gen Constantino-el zugleich auch dem alldasigen Patriarchen der Vorzug vor em Römischen Bischoff wäre eingeraumet, und zuerkannt vorden ꝛc. Ob nun schon die von dem Photio erregte Kir-hen-Spaltung bald wiederum gehoben worden, hat doch Michael Cerularius im XI. Seculo dieselbe wiederum erneu-ert, welche bis auf heutigen Tag noch immer fortwähret.

6. Was seynd vor Concilia gehalten worden?

1. Auf dem achten allgemeinen Kirchen-Rath, welcher zu Constantinopel A. 869. versammelt worden, ist S. Ignatius in das Constantinopolitanische Patriarchat, wovon ihn der GOtt- und Gewissen-lose Photius unbillichster Weise verdrungen, wieder eingesetzt, auch die Verehrung der Heil. Bilder auf ein neues bestättiget und gut geheissen worden. 2. Gotteschalcus ward von mehrern Conciliis als ein Ketzer verdamt, und, damit er nicht ferner schaden kunte, in eine ewige Gefängnus geworffen; seine Schrifften aber verbrannt.

7. Was ist von denen Kirchen-Ceremonien zu melden?

1. Das Fest aller Heiligen wird aus Befehl Gregorii IV. von der gesammten Christenheit hochfeyerlich begangen. 2. Die gefährlich-kranck liegende beichteten anfänglich ihre Sünden, und empfiengen hierauf das Sacrament der letzten Oelung, bey mehr anwachsender Todes-Gefahr aber endlich die heilige Wegzehrung. 3. Das Recht taugliche

tur. 3. Jus viros ad Ecclesiastica munia idone nominandi laicis quoque fuit concessum.

8. Quis disciplinæ monasticæ progressus?

Regula S. Benedicti in Occidente magis semp magisque propagata est: nec viri solùm & matrc næ in Oriente æquè ac Occidente, in Monasteri sese abdidêre, sed pueri quoque puellæque suav disciplinæ monasticæ *jugum portârunt ab adolescenti sua*, florémque & primitias ætatis DEO magna ani mi alacritate consecrârunt.

9. Quinam sanctitate & doctrina celebriores?

Sanctitate præcelluêre S. Anscharius Archiepisco- pus Hamburgensis, regionum Septentrionalium A- postolus, S. Fridericus Episcopus Trajectensis. S. Eadmundus Angliæ Rex, S. Ignatius Patriarcha Con- stantinopolitanus &c.

Doctrina eminebat Alcuinus Caroli M. præce- ptor, dein Abbas S. Martini Turonensis, Eginhar- dus, qui à libellis fuit Carolo Magno, cujus res ge- stas litteris consignavit, Seligenstadiensis dein Mo- nasterii conditor, & primus Abbas, Rabanus Mau- rus Abbas Fuldensis, ac postea Archiepiscopus Moguntinus, Paschasius Radbertus Abbas Cor- bejensis, quem hæretici quidam omnium primum fuisse, qui doctrinam de *transsubstantiatione*, verá- que Christi in Eucharistiæ Sacramento præsentia tradiderit, protervè, more suo, mentiuntur; cùm utrumque illud dogma inde ab Apostolorum tem- poribus divina semper fide ab Ecclesia orthodoxa creditum fuisse invictis omnino argumentis demon- strari possit. Neque ulla id temporis de ipsa dogmatis veritate, sed de modo duntaxat loquendi,

quo

ersonen zu geistlichen Pfründen zu ernennen ist auch denen
Weltlichen gestattet worden.

8. Wie hat das Closter-Leben zugenommen?

Die Regel des Heil. Benedicti ward in Occident immer-
ar mehr ausgebreitet, und haben sich nicht nur allein ge-
andne Manns- und Weibs-Personen in Orient so wohl als
Occident in die Clöster begeben; sondern auch Knaben und
Mägdlein nahmen das süsse Joch der Closter-Zucht gleich
on zarter Jugend an auf sich, und opfferten GOtt die erste
Blüe ihres Alters gantz hurtig und willfährig auf.

9. Welche waren an Heiligkeit und Gelehrtheit sonders berühmt?

An Heiligkeit waren fürtrefflich S. Anscharius Ertz-Bi-
schoff zu Hamburg, ein Apostel der Nordischen Länder, S.
Friderich Bischoff zu Utrecht, S. Eadmundus, König in En-
elland, S. Ignatius Patriarch zu Constantinopel ꝛc.

An Gelehrtheit aber Alcuinus Carl des Grossen Lehr-
meister, nachgehends Abt des Heil. Martini zu Turon,
Eginhardus anfangs Cantzler Carl des Grossen, dessen Le-
ben er auch beschrieben, nachmals Stiffter und erster Abt
des Closters Seligenstadt, Rabanus Maurus Abt zu Fulda,
hernach Ertz-Bischoff zu Maynntz, Paschasius Radbertus
Abt zu Corbey, von welchem etliche aus den Ketzern gantz
fälschlich und lugenhafft, ihrem Brauch nach, aus-
sprengen, als wär er der erste gewesen, so die Lehr von der
Transsubstantiation, und wahren Gegenwart Christi in dem
Hochheil. Altars-Sacrament aufgebracht, da doch gründ-
lich und unwiderleglich kan bewiesen werden, daß beyde
diese Artickel von der Apostel-Zeiten her jederzeit als eine
Göttliche unfehlbare Wahrheit in der Kirch GOttes ge-
glaubet worden. War auch dazumal kein eintziger Streit
wegen der Sach selbst, sondern bloß allein wegen der

quo Paschasius est usus, qui nonnullis novus, se
planè immeritò videbatur, controversia erat.

10. Quæ miracula patrata?

1. Ramirus Hispaniæ Rex prodigiosam à Maur
victoriam reportavit S. Jacobi Apostoli auspiciis
qui fervente prælio, candido insidens equo, niveum
vexillum, rubræ crucis figura distinctum, præferr
in aere conspectus est. Quapropter Rex victor edi
to diplomate Hispaniam magno huic evergetæ vecti
galem fecit. 2. Caradignæ in Hispania pavimentum
sub quo tumulati jacent ducenti Monachi, à Saraceni
ex odio fidei trucidati, quotannis sanguineo sudore
madere conspicitur, quo die illustres hi pugiles marty
rii laurea coronati sunt. 3. SS. Anscharius, Eulogius
Rembertus, aliique plures miraculis claruêre.

Seculum X.

1. Qui Seculi hujus Pontifices?

118. Bened. IV. *ad*	903	130. Marinus II. *ad*	946
119. Leo V.	903	131. Agapet. II.	956
120. Christoph.	905	132. Joan. XII.	964
121. Sergius III.	911	133. Benedict. V.	965
122. Anastas. III.	913	134. Joan. XIII.	972
123 Lando	914	135. Benedict. VI.	974
124. Joan. X.	928	136. Donus II.	975
125. Leo VI.	929	137. Benedict. VII.	984
126. Steph. VIII.	931	138. Joan. XIV.	985
127. Joan. XI.	936	139. Joan. XV.	996
128. Leo VII.	939	140. Gregorius V.	999
129. Steph. IX.	942	141. Silvest. II.	1003

2. Quid

Weise zu reden, dero sich Paschasius gebrauchte, welche einen und andern neu zu seyn deuchte; wiewohl ihm auch dißfalls unrecht geschahe.

10. Was geschahen für Wunderwerck?

1. Ramirus König in Spanien hat wider die Mohren einen Wunder-grossen Sieg erfochten durch Hülff und Beystand des H. Apostels Jacobi, welcher währendem Haupt-Treffen in der Luft auf einem weissen Pferd sitzend, und einen weissen Fahnen, worauf ein rothes Creutz, in der Hand haltend gesehen worden. Deßwegen der obsiegende König durch einen Gewalts-Brief das Königreich Spanien dem Heil. Jacobo zinsbar gemacht. 2. Zu Caradigna in Spanien sieht man die Stein, worunter zwey hundert Mönch begraben ligen, welche die Saracener aus Haß des Glaubens umgebracht, alljährlich am Tag, da selbe glorwürdige Kämpfer gemartert worden, Blut schwitzen. 3. Die Heil. Anscharius, Eulogius, Rembertus, und viel andere leuchteten mit Wunderzeichen.

Das zehende Jahr-Hundert.

1. Was für Päbst zehlet dieses Seculum?

118. Benedict. IV. bis	903	130. Marinus II. bis	946
119. Leo V.	903	131. Agapet. II.	956
120. Christoph	905	132. Johann. XII.	964
121. Sergius III.	911	133. Bened. V.	965
122. Anastas. III.	913	134. Johann. XIII.	972
123. Lando	914	135. Benedict. VI.	974
124. Johann. X.	928	136. Donus II.	975
125. Leo VI.	929	137. Benedic. VII.	984
126. Steph. VIII.	931	138. Johann. XIV.	985
127. Johann. XI.	936	139. Johan. XV.	996
128. Leo VII.	939	140. Gregor. V.	999
129. Stephan. IX.	942	141. Silvest. II.	1003

2. Was

2. Quid de Pontificibus hisce memorandum?

Posteaquam Stephanus VII. priore Seculo omnium primus Petri sedem vitæ improbitate infamaverat, ejus vestigiis Seculo X. plures alii institêre. Tanti mali hæc erat origo. Adalbertus Tusciæ Comes longè potentissimus, ejúsque conjux Theodora, cum geminis filiabus Marozia & Theodora, immensæ ambitionis, ac prostitutæ impudicitiæ, mulieribus Romæ dominatum quasi & dictaturam exercebant, Pontifices suarum partium, nulla doctrinæ morúmque ratione habita, per vim intrudendo. Horum è numero erat Sergius III. cujus tamen principia non tam mala esse, quàm credidit Baronius, nec pudendos fuisse progressus, nisi eos Maroziæ nobilis scorti amor infamâsset, Papebrochius, vir in omni historia longè versatissimus testatur, aítque temerè quædam eidem impingi. Quin etiam inter Pontifices de Ecclesia bene meritos numerandum censet, esto suam ipse famam incontinentiæ macula inquinârit. Joannes X. tametsi priùs vitam minùs probatam duxerit, atquè artibus insuper & potentia Theodoræ in Petri sedem intrusus fuerit, Pontificatum tamen tredecim & ampliùs annis non malè administravit, vitæque anteactæ maculas, tum pœnis de se sumptis, tum à divina Nemesi inflictis eluisse creditur. Namque à Guidone Tusciæ Comite, instigante imprimis Marozia conjuge de supremo dignitatis gradu in carcerem detrusus, nec multò pòst faucibus, ut ajunt, cervicali occlusis, suffocatus est. Eadem Marozia adnitente intrusus est Joannes XI. quinque circiter & viginti annorum juvenis, Maroziæ,

&

2. Was ist von diesen Päbsten zu melden?

Nachdem Stephanus VII. im vorigen Jahr-Hundert aus allen bisherigen Päbsten der erste gewesen, welcher den Stul Petri mit liederlichem Leben entunehret, seynd im zehenden Seculo mehr solche gefolgt. Der Ursprung so grossen Ubels rührte daher. Adalbertus ein sehr mächtiger Fürst und Marggraf von Toscana nebst seiner Gemahlin Theodora und zweyen Töchtern Marotzia und Theodora, welche ihres unersättlichen Ehrgeitzes und Unzucht halber aller Orten verschreyt waren, spielten in Rom den Meister, und setzten Päbst, so ihre Parthey hielten, ohne absehen auf die Gelehrtheit und guten Sitten-Wandel, mit Gewalt ein. Aus diesen war Sergius III. dessen angehende Regirung jedoch nach Zeugnus Papebrochii eines in allen Geschichten erfahrnsten Manns nicht so schlimm und boßhafft gewesen, als Baronius darfür gehalten; noch der übrige Lebens-Wandel so schand- und straffbar, wann selben nicht die verbotne Lieb zu Marotzia einem Hochadelichen Schleppsack hätte verschreyt gemacht. Er meldet auch, daß Sergius in etlichen Stücken freventlich beschuldiget werde. Ja er rechnet ihne so gar unter die Päbst, welche sich um die Kirch wohl verdient gemacht, ohneracht er durch die Unenthaltung seinem Nahmen einen ewigen Schandfleck angehenckt. Joannes X. ob er schon zuvor keinen löblichen Wandel geführt, und noch über das durch List, Macht und Gewaltsamkeit der Theodorä zum Pabstthum gelangt, hat doch selbes über dreyzehen Jahr zimlich wohl verwaltet, und seine vormahlige Gebrechen theils durch freywillige Bußwerck, theils durch die aus gerechtem Urtheil GOttes über ihn verhengte Straffen abgebüsset. Allermassen er von dem Toscanischen Marggrafen Wido oder Guido meistens aus Anstifftung seiner Gemahlin Marotzia von dem höchsten Ehren-Gipffel herab in die Gefängnus geworffen, und bald darauf der gemeinen Sag nach mit einem Haupt-Küß erstecket worden. Durch Beyhülff eben dieser Marotziä ward mit Gewalt eingeschoben Joh. XI. ein Jüngling von ungefehr 25. Jahren,

&, uti meretrix hæc perhibuit, Sergii III. filius nothus, cætera non malus, sed nec laude dignus, qui à fratre suo Alberico Pontificatu dejectus, & in carcerem cum impia matre sua abductus est, ubi & mortem oppetiit. Joannes XII. modò memorati Alberici Tusciæ Comitis filius, vix duodeviginti annos natus, præpotenti suorum factione & armis in supremo dignitatis Ecclesiasticæ gradu est collocatus. Id quod tolerari iniquissimis illis temporibus debuit, ne Ecclesia schismate, malorum omnium pessimo, scinderetur. Ac licèt hic Pontifex vitam duxerit Christi Vicario indignam, non pauca tamen crimina à personato illo Luitprando, aliisque, Leonis præsertim Antipapæ, quem Otho Imperator intrudendum curavit, partes sequentibus, eidem afficta fuisse constat. Christophorus post aliquot mensium Pontificatum per vim occupatum, à Sergio III. in monasterium detrusus est, ubi paulò pòst obiit. Hunc quidam à Pontificum albo expungunt, perinde ac Landonem, post aliquot pariter mensium Papatum vita functum. Cui illud probro vertitur, quòd importunis & vix non armatis imperiosissimæ Theodoræ precibus victus, Joannem à Bononiensi ad Ravennatensem Episcopatum transferri sit passus. Cæteris Pontificibus, muneri suo gnaviter intentis, Comites Tusculani multum negotii facessiverunt, quibusdam exsilio, aliis carcere, aliis etiam morte mulctatis, suo ut arbitratu sublegere possent Pontifices, tanto licèt munere prorsus indignos. Calumniam porrò Silvestro II. à Bennone hominum mendacissimo, impactam, & à juratis Pontificii nominis hostibus toties decantatam,

satis

der Marotziä, und, wie diese Schand-Hur fürgab, Sergii III. unehlicher Sohn, im übrigen weder scheltens-noch auch lobens-werth. Ward von seinem eignen Stief-Bruder Alberico vom Pabstthum verstossen, und samt seiner gottlosen Mutter in eine harte Gefangenschafft gesteckt, woselbst er auch das Leben gelassen. Johannes XII. des erstgemeldten Alberici Toscanischen Marggrafens Sohn, wiewol er kaum achtzehen Jahr alt war, ist durch gewaltigen Anhang und Waffen der Seinigen zur höchsten Priesterlichen Würde erhoben worden. Welches man zu selben verkehrten Zeiten gleichwohl mußte geschehen lassen, damit nicht die Kirch durch eine Glaubens-Spaltung als ein Ubel über alle Ubel getrennet wurde. Und ob sich schon dieser Pabst nicht, wie es einem Statthalter Christi zustund, aufführte, seynd ihm doch viel Schandthaten von dem verstellten Luitprando, und andern, sonderbar jenen, welche des vom Kayser Otho aufgeworffnen Affter-Pabsts Leonis Parthey hielten, fälschlich zugelegt worden. Christophorus, nachdem er das Pabstthum etlich Monat gewaltthätig behauptet, ist von Sergio III. in ein Closter versperret worden, woselbst er bald darauf das Leben gelassen. Diesen rechnen einige nicht unter die Päbst, wie auch den Lando, so gleichfalls nach etlichen im Pabstthum hinterlegten Monaten das Zeitliche gesegnet. Welchem man dieses nicht wohl ausdeutet, daß er auf ungestümmes, ja fast gewaltthätiges Anhalten der allzu herrischen und alles damals regierenden Theodorä gestattet, daß Johannes das Bißthum zu Bologna mit dem zu Ravenna vertauschet. Die übrige Päbst, so ihr öberstes Hirten-Amt recht und wohl versahen, hatten von denen Toscanischen Marggrafen sehr viel zu leiden, und wurden einige daraus in das Elend verwiesen, andere ins Gefängnus geworffen, andere gar um das Leben gebracht, nur damit diese Tyrannen nach eigenem Belieben und Willkur Päbst kunten einsetzen, ob sie schon dieser höchsten Würde gantz unwürdig waren. Die grobe Verleumdung betreffend, welche der Ertz-Lügner Benno wider den Pabst Silvester II. ausgesonnen, und die geschworne Feind des

ſatis ſupérque refutant ſcriptores coævi, qui eximiis omnes laudibus efferunt hunc Pontificem, virtute non minùs, quàm doctrina, ac matheſeos præcipuè peritia præſtantem; unde à quibusdam magiæ inſimulabatur. Tanta temporum illorum iniquitas dicam, an ignorantia fuerat. Antipapas demum, quotquot Eccleſiam unquam conturbârunt, ad calcem opuſculi hujus ordine percenſebimus. Hos inter Bonifacius VII. fuerat, qui ſublato Benedicto VI. in Petri ſedem A. 974. ſe intruſit, de qua poſt menſem dejectus, direptâ baſilicâ Vaticanâ, Conſtantinopolin aufugit, indéque A. 985. rediens, cùm ſolium Pontificium poſt Joannis XIV. mortem menſes aliquot occupâſſet, repentina morte interiit.

3. *Quis Eccleſiæ ſtatus?*

Calamitoſior longè, quàm unquam aliàs ſub ethnicis, vel hæreticis Imperatoribus, aliiſque mundi Monarchis; quò enim furioſiùs hi, Orco inſtigante, Eccleſiam oppugnabant, eò glorioſiùs hæc de idololatria, & hæreſi ſemper triumphabat. At poſtquam perverſo hoc Seculo infenſiſſimus humani generis hoſtis ipſos adeò Principes, qui orthodoxos ſe profitebantur, eò induxit, ut electionem Pontificum tyrannicè ſibi arrogare ſint auſi; quot non exinde orta ſunt mala? Cùm enim Pontifices in ſanctam illam ſedem per ſummum nefas intruſi, vitæ eſſent minùs probatæ, tam Clerus, quàm populus probro ſibi haud duxit, ad ſummi ſacrorum antiſtitis exemplum mores ſuos conformare. Hinc tanta rerum divinarum ignorantia ſimul & incuria: hinc ſacrorum nundinatio: hinc ſacrilegi concubi-
tus

Pabstthums öffters wiederum aufgewärmet, wird selbe von denen Geschicht-Schreibern damaliger Zeiten sattsam widerlegt, welche sämtlich diesem Pabst sehr grosses Lob geben, als einem an Tugend so wohl als Gelehrtheit, sonderbar an Erfahrenheit in Mathematischen Wissenschafften und Künsten fürtrefflichsten Mann, welches letztere auch etwelchen Anlaß gab ihne für einen Schwartzkünstler zu halten. So groß war die, soll ich sagen Bos- oder Unwissenheit selbiger Zeiten. Die Affter-Päbst endlich, so viel derer immer waren, die in der Kirch Unruhe erregten, werden wir zu End dieses Werckleins der Ordnung nach anziehen. Unter diesen war Bonifacius VII. welcher, nachdem er Benedictum VI. aus dem Weg geräumt, sich in den Stul Petri A. 974. eingedrungen, und als er von selbem nach einem Monat verstossen worden, plünderte er das Vaticanische GOttes-Haus, und entflohe gen Constantinopel: von dannen kam er A. 985. wieder zuruck, und als er sich auf den Päbstlichen Thron nach dem Tod Johannis XIV. etlich Monat lang fest gesetzt hatte, starb er des gähen Tods.

3. In was für einem Stand befand sich die Kirch?

In einem viel armseeligern, als hiebevor jemal unter den Heydnischen, oder Ketzerischen Kaysern, und andern Welt-Regenten; denn je grimmiger jene aus teufflischer Anstifftung die Kirch GOttes verfolgten, desto glorreicher hat diese über die Abgötter- und Ketzerey jederzeit obgesiegt. Nachdem aber zu diesen verkehrten Zeiten der abgesagte Menschen-Feind so gar auch jene Fürsten, die sich für rechtglaubig ausgaben, dahin verleitet, daß sie sich des Gewalts Päbst einzusetzen gottloser und tyrannischer Weise angemasset, O was grosses Unheil ist nicht hieraus entstanden! dann weil die in das Apostolische Heiligthum unbillichster massen eingedrungene Päbst selbst kein auferbaulichen wandel führten, hat so wohl die Geistlichkeit, als das Volck kein Scheu getragen sein Thun und Lassen nach dem Beyspiel des obersten Priesters einzurichten. Dahero entsprung so grosse Unwissenheit und Sorglosigkeit in Göttlichen Dingen, die

tus, maláque alia penè innumera. Nihilominus Ecclesia etiam contra hos Inferorum assultus, utut periculosissimos, non solùm perstabat ex Christi promissione invicta semper & immobilis, sed novis etiam incrementis & accessionibus aucta est.

4. Quanam incrementa illa?

1.) A. 965. Poloni cum Duce suo Miecislao, 2.) A. 912. Normanni cum Rollone Duce suo, 3.) A. 958. Slavi, 4.) A. 988. Russi Christo nomen dedêre. 5.) A. 949. Dani cum Rege suo Haraldo Ecclesiæ penitus se subjecêre.

5. Num hæreses quoque Ecclesiam infestârunt?

Singulari DEI pro Ecclesia jugiter, etiam cùm dormire videtur, excubantis providentia factum est, ut Seculum hoc solum & unicum nulla sit nova hæresi funestatum, nec factioso schismate, cui perversi quorundam Pontificum mores ansam præbere poterant, secessio ab Ecclesia à quoquam fuerit attentata; cùm quisque, sana mente præditus, perspectum haberet, improbos Antistitum mores integritati sanctitatíque doctrinæ nil quidquam posse officere.

6. Num & Concilia celebrata?

Cùm nulla hoc Seculo exorta sit hæresis, nullo eum in finem Concilio Oecumenico opus erat; plures tamen Synodi *particulares* ad instaurandam morum disciplinam in Germania præsertim celebratæ fuerunt, Confluentiæ nempe, Treviris, Erfordiæ, Ingelhemii, & Augustæ Vindelicorum &c.

7. Quid de sacris ritibus memorandum?

Joannes XIII. campanas solemni consecratione sacro usui dedicare cœpit, cujusdam è Cœlitibus no-

gottsrauberische Krämerey und Handelschafft mit geistlichen Pfründen, unzuläßiger und Gelübdbrüchiger Beyschlaf samt andern unzahlbaren Ubeln. Nichts desto weniger war die Kirch auch bey diesem höchst-gefährlichen Sturm und gewaltigen Anlauff der Höllen-Pforten nicht nur allein gantz fest und unbeweglich jederzeit verblieben, sondern hat noch über das mit neuem Wachsthum nur mehr zugenommen.

4. Worinnen bestund dieser Wachsthum?

1.) A. 965. haben die Pohlen samt ihrem Hertzog Miecislao, 2.) A. 912. die Normänner und ihr Hertzog Rollo, 3.) A. 958. die Sclavonier, 4.) A. 988. die Russen sich zu Christo bekehrt. 5.) A. 949. haben die Dänen samt ihrem König Haraldo sich vollkommen an die Kirch ergeben.

5. Ist die Kirch auch von Ketzereyen beunruhiget worden?

Aus sonderbarer Fürsichtigkeit GOttes, welcher ohn Unterlaß auch da es scheint, als schlaffe er, für seine Kirch zu wachen pflegt, ist geschehen, daß eintzig und allein in diesem Seculo keine neue Ketzerey sich herfür gethan, noch einige Trennung oder Kirchen-Spaltung sich erreget; worzu doch die unlöbliche Aufführung etlicher Päbst hätte Anlaß geben können, gestaltsam ein jeder Verständiger klar erkante, daß der böse Lebens-Wandel geistlicher Vorsteher der Reinig- und Heiligkeit der Lehr keinen Schaden oder Nachtheil bringen könne.

6. Seynd auch Kirchen-Versammlungen gehalten worden?

Weil in diesem Jahr-Hundert keine Ketzerey entstanden, war der Ursach halber kein allgemeines Concilium vonnöthen. Jedoch seynd verschiedene sonderbare Concilia zu Verbesserung der Sitten, bevorab in Teutschland versammlet worden, als benanntlich zu Coblentz, Trier, Erfurt, Ingelheim, und Augspurg.

7. Was ist von denen Kirchen-Ceremonien zu melden?

Johannes XIII. fieng an die Kirchen-Glocken feyerlich zu weihen, und ihnen einen Nahmen von einem Heiligen zu schöpf-

nomine impoſito: Joannes XV. verò Romæ in Concilio Lateranenſi A. 993. S. Udalricum Epiſcopum Auguſtanum ritu publico & ſolemni, editóque etiam diplomate ſeu Bulla ut vocant, *Canonizationis*, quorum neutrum antea uſitatum, Sanctorum faſtis adſcripſit.

8. Num diſciplina Monaſtica etiam tum viguit?

1. Ineunte hoc Seculo Ordo Cluniacenſis, virorum complurium ſanctitate illuſtrium ſeminarium, à Bernone Abbate in pago Cluniaco fundari cœptus, S. Benedicti diſciplinam paulatim, ut fit, collabaſcentem, feliciter inſtauravit. 2. Eodem hoc Seculo vergente S. Romualdus Abbas Ordinem Camaldulenſium inſtituit, additis Regulæ S. Benedicti peculiaribus quibusdam ſtatutis.

9. Num etiam ferreo hoc obſcuróque Seculo fuêre, qui ſanctitate & doctrina inclaruerint?

Imò vix aliud Seculum tot Sanctis utriusque ſexus, regia etiam dignitate fulgentibus, illuſtratum eſt. Nam ut taceam Orientis juxtà & Occidentis Imperatores pientiſſimos, Sediqùe Apoſtolicæ addictiſſimos, Robertum item Galliæ Regem, miraculis clarum, ſanctitate eminuêre Eduardus II. Angliæ, Olaus Norwegiæ, Stephanus Hungariæ, Wenceslaus Bohemiæ Rex; Henricus Bavariæ Dux, poſtea Imperator, cum Cunegunde Virginea ſua conjuge; Mathildis Othonis M. mater cum Editha, prima, & Adelhaide altera ejusdem conjuge; Bruno Archiepiſcopus Colonienſis Othonis M. frater germanus, Colomannus regio Scotorum ſanguine ortus, Editha Edgari Angliæ Regis ſoror, Virginum ſacrarum Antiſtita, Pelagius regiæ itidem ſtirpis

schöpffen; Johannes XV. aber hat zu Rom auf dem Lateranensischen Concilio A. 993. den Heil. Ulrich Bischoffen zu Augspurg mit offentlichem und hochfeyerlichem Kirchen-Gepräng mit beygefügter Päbstlichen Canonisirungs-Bull, deren keines zuvor gebräuchlich war, in die Zahl der Heiligen gesetzt.

8. War auch das Clösterliche Leben annoch im Flor?

1. Zu Anfang dieses Seculi hat der Cluniacenser-Orden, als eine Pflantz-Schul so vieler heiligen Männer, durch den Abt Berno in dem Flecken Cluny seinen Anfang genommen, wordurch die vom H. Benedicto eingeführte Closter-Zucht, so allgemach in Abgang kam, wieder hergestellt worden. 2. Im Ausgang eben dieses Seculi hat der Heil. Abt Romualdus den Orden der Camaldulenser gestifftet, dem er nebst der Regel des Heil. Benedicti noch sonderbare Satzungen fürgeschrieben.

9. Seynd auch in diesem eisernen und finstern Seculo einige an Heiligkeit und Gelehrtheit scheinbar gewesen?

In allweg; ja man wird kaum in einem andern Seculo so viel beyderley Geschlechts, auch vom Königlichen Stammen entsprossene Heilige finden, als eben im gegenwärtigen; dann nichts zu melden von den Kaysern in Orient; so wohl als Occident, welche sehr gottseelig, und dem Päbstlichen Stul höchst zugethan waren, wie auch vom König in Franckreich Roberto, der mit Wunderzeichen leuchtete, waren an Heiligkeit fürtrefflich Eduardus II. König in Engelland, Olaus in Norwegen, Stephanus in Ungarn, Wenceslaus in Böhmen; Heinrich dermalen noch Hertzog in Bayern, hernach Römischer Kayser samt seiner Jungfräulichen Ehe-Gemahl Kunegund; Mathildis Othonis des Grossen Mutter samt Editha erster, und Adelhaid zweyter Gemahlin höchsterwehnten Othonis; Bruno Ertz-Bischoffen zu Cölln Othonis M. leiblicher Bruder; Colomannus ein Schottländer von Königlichem Geblüt, Editha Aebtißin, Edgari Königs in Engelland

pis adolescens, qui atrocissima subire tormenta maluit, quàm integritatis pudicitiæque detrimentum facere: Episcopi item Adalbertus Pragensis Ruthenorum Apostolus, Bernardus Hildesiensis, Conradus Constantiensis, Dunstanus Cantuariensis, Heribertus Coloniensis, Lambertus Ultrajectensis, Oswaldus Vigorniensis; Sisenandus Compostellanus Udalricus Augustanus, Wolfgangus Ratisbonensis Elias & Quarinus Vallesiæ Comites & Episcopi Romualdus ejúsque discipuli, Joannes, Benedictus & Bonifacius Imperatori Othoni III. sanguine junctus, Prussorum & Slavorum Apostolus, Berno Odo, Ademarus, Majolus & Odilo Abbates Cluniacenses &c.

Doctrina celebriores fuêre Regino Abbas Prumiensis, Leo Imperator, *Sapiens* cognominatus, Simeon Metaphrastes, SS. Odo & Odilo, Atto Vercellensis Episcopus, Luitprandus Episcopus Cremonensis, cujus historiam Germanus quidam scriptor anonymus continuâsse videtur &c.

10. Num hoc quoque Seculum illustratum est miraculis?

Hæc nec isto, nec alio unquam Seculo defuêre. 1. Dynasta quidam dæmoniacus ex Othonis M. comitatu Romæ solo vinculorum Petri contactu à stygio obsessore extemplo manumissus est. 2. In synodo Vintoniensi Christi è cruce pendentis effigies ad S. Dunstani preces pro Monachis probis contra improbos Clericos disertè loqui audita est. 3. SS. Udalricus, Conradus, Majolus, Nilus Abbas &c. claruêre miraculis, quorum complura Regino & Frodoardus Abbas, aliíque litteris mandârunt.

Se-

Schwester, Pelagius ein Jüngling von gleichfalls Königli-
chem Geblüt, welcher lieber die allergrausamste Marter hat
wollen ausstehen, als an seiner Unschuld und Reinigkeit ei-
nigen Schaden leiden; die Heilige Bischöff Adalbertus der
Russen Apostel, Bernardus Bischoff zu Hildesheim, Con-
radus zu Costantz, Dunstanus zu Cantelberg, Heribertus zu
Cölln, Lambertus zu Utrecht, Oswaldus zu Worcester, Si-
senandus zu Compostell, Udalricus zu Augspurg, Wolfgan-
gus zu Regenspurg, Elias und Quarinus Bischoff und Gra-
fen im Wallis: Romualdus und seine Lehr-Jünger Johañes,
Benedictus, und Bonifacius Othonis III. Bluts-Verwand-
ter, Apostel der Preussen und Sclavonier: Berno, Odo,
Aldemarus, Majolus, und Odilo Cluniacensische Aebt ꝛc.
An Lehr- und Wissenschafft waren berühmt Regino Abt zu
Prüm, Kayser Leo der Weise, Simeon Metaphrastes, S.
Odo und S. Odilo, Atto Bischoff zu Vercell, Luitprandus
Bischoff zu Cremona, dessen Geschicht-Verfassungen ein un-
benannt- und unbekandter Teutscher scheint fortgesetzt zu
haben ꝛc.

10. Seynd auch in diesem Jahr-Hundert Wunder-Zeichen geschehen?

Hierinnen war weder in diesem, noch einigem andern Seculo
niemals ein Abgang gespüret worden. 1. Ein fürnehmer
Graf unter Kaysers Othonis M. Gesellschafft ward zu Rom
durch das Anrühren der Ketten, womit S. Petrus gefesselt
worden, im Augenblick von einem höllischen Geist, mit dem
er besessen war, befreyet. Auf einer zu Winchester in
Engelland gehaltener Kirchen-Versammlung hat ein Cruci-
fix-Bild auf Anflehen des Heil. Dunstani für die von der
verderbten Clerisey verfolgte tugendhaffte Ordens-Geistli-
che gantz deutlich geredet. 3. Die Heilige Ulrich, Conrad,
Majolus, Nilus der Abt ꝛc. leuchteten mit Wunderzeichen,
wovon eine grosse Anzahl beyde Aebt Regino und Frodo-
ardus nebst andern aufgezeichnet.

Das

Seculum XI.

1. Quinam Pontifices Ecclesiæ gubernacula tenuêre?

142. Joan. XVII. *ad*	1003	151. S. Leo IX. *ad*	105
143. Joan. XVIII.	1009	152. Victor. II.	105
144. Sergius IV.	1012	153. Stephan. X.	105
145. Bened. VII.	1024	154. Nicolaus II.	106
146 Joan. XIX.	1033	155. Alexander II.	107
147. Bened. IX.	1044	156. S. Greg. VII.	108
148. Gregor. VI.	1046	157. Victor. III.	108
149. Clemens II.	1047	158. Urban. II.	109
150. Damasus II.	1048		

2. Quid de Pontificibus istis peculiari notatione dignum occurrit?

Magna omnes laude Ecclesiam gubernârunt, excepto Benedicto IX. parentis Alberici Comitis Tusculani factione & tyrannide in sedem Apostolicam intruso, qui licèt tunc duodecim, vel ex aliorum sententia decem & octo, aut viginti esset annorum, summóque sacerdotio ob mores perversos prorsus indignus, majoris tamen mali metu ab Ecclesia est receptus. Joannem XIX. tametsi auctoritate, ut creditur, & largitionibus Comitum Tusculanorum in Benedicti VIII. fratris sui germani locum sit subrogatus, vitam mirificè ab omnibus laudatam duxisse *Stella* testatur. Joannes re ipsa XVI. appellatus est XVII. ea de causa, ne edicta & Bullæ Joannis XVI. Antipapæ nomine sparsæ, cum veri hujus Pontificis actis confunderentur. Gregorius VI. Joannes Gratianus antea dictus, Pontifex laudatissimus, falsò à quibusdam Simoniæ accusatur; nam licèt Benedictum IX. pactâ pecuniæ

Das eilfte Jahr-Hundert.

1. Was für Päbst haben das Kirchen-Regiment geführt?

142. Johann. XVII. bis	1003	151. S. Leo bis	1054
143. Johannes XVIII.	1009	152. Victor II.	1057
144. Sergius IV.	1012	153. Stephanus X.	1058
145. Benedictus VII.	1024	154. Nicolaus II.	1061
146. Johannes XIX.	1033	155. Alexander II.	1073
147. Benedictus IX.	1044	156. S. Gregorius VII.	1085
148. Gregorius VI.	1046	157. Victor III.	1087
149. Clemens II.	1047	158. Urbanus II.	1099
150. Damasus II.	1048		

2. Was ist von diesen Päbsten sonders merckwürdig?

Sie haben alle mit grossem Ruhm die Kirch regirt, Benedictum IX. allein ausgenommen, welcher durch mächtigen Anhang und Gewaltthätigkeit Alberici seines Vatters aus dem Haus Conti in den Stul Petri eingedrungen, und ohnerachtet er dazumal nur zwölf, oder nach anderer Meynung achtzehen oder zwanzig Jahr alt, auch wegen seinen verkehrten Sitten des höchsten Priesterthums gantz unwürdig war, von der Kirchen aus Beysorg grösseres Unheils gleichwohl angenommen worden. Johannes XIX. ob er schon durch hohes Ansehen des Hauses Conti, und, wie glaubwürdig dafür gehalten worden, durch Geld und Geschenck nach dem Hintritt Benedicti VIII. seines leiblichen Bruders in das Pabstthum eingekaufft worden, hat doch, wie Stella beglaubet, ein von jederman sehr angerühmtes Leben geführt. Johannes von Rechtswegen der sechzehende, ist doch der siebenzehende deswegen genannt worden, damit nicht die unter dem Nahmen des Affter-Pabsts Johannis XVI. ausgestreute Mandat und Bullen für dieses rechtmäßigen Pabsts seine gehalten und unterschoben wurden. Gregorius VI. ein sehr lobwürdiger Pabst, der zuvor Johannes Gratianus hieß, wird von einigen gantz fälschlich einer Simonie bezüchtiget; dann

ob

niæ summâ permoverit, ut Pontificatu se abdicaret id tamen non alia egit mente, quàm ut Ecclesia dignum exinde Pontificem liberè posset eligere. Nec alium Romani digniorem esse judicabant, quàm Joannem hunc qui Gregorii VI. nomine assumpto postea in Synodo Sutrina Pontificatum pacis studio spontè cessit Clementi II. Saxoni, Bambergensi priùs Episcopo, cui successit Damasus II. Bavarus Episcopus antea Brixinensis, & huic S. Leo IX. Alsata è Comitum Dagsburgicorum prosapia, indéque Victor II. Suevus è Comitum Calvensium stemmate Episcopus Eystettensis; post hunc verò Stephanus X. è Lotharingiæ Ducibus, sanctitate & miraculis clarus, perinde atque Alexander II. sanctissimus itidem Pontifex. Verùm inter hos omnes & doctrina, & sanctitate, multis ante ac post mortem miraculis testatâ, eminuit S. Gregorius VII. Hildebrandus antea dictus, quem scriptores coævi summis efferunt laudibus, si Bennonem, à Guiberto Antipapa Cardinalem creatum, excipias, cujus impudentissima mendacia, & enormes calumnias tanquam oracula suspiciunt hæretici, hísque nihilo meliores pseudopolitici, qui *nec DEum timent, nec hominem reverentur*, sed jura omnia divina æquè ac humana susque deque habent, dummodo iis placeant; quorum nutum præ divinis adeò mandatis, Religione, & conscientia observant, adorántque.

3. *Quis status Ecclesiæ?*

Hanc acerbissimè afflixit Henricus IV. non Imperator, hoc est, *Advocatus ac Defensor*, sed hostis Ecclesiæ infestissimus potiùs appellandus, utpote qui

b er schon durch Darschiessung eines Stuck Gelds Benedi-
tum IX. dahin beredet, daß er das Pabstthum abgetretē, hat
r doch hierinnen kein anderes Absehen gehabt, als daß solcher
Gestalt die Kirch zur freyen Wahl eines würdigen Ober-
haupts schreiten kunte. Erachteten auch die Römer hierzu
einen würdiger zu seyn, als eben diesen Johannem, der sich
Gregorium VI. nannte, und nachmal in der zu Sutri gehal-
tenen Kirchen-Versammlung das Pabstthum aus Lieb zum
Frieden freywillig aufgeben, und Clementi II. einem Sach-
sen, ehemals Bischoff zu Bamberg überlassen. Auf diesen
folgte Damasus II. ein Bayer, zuvor Bischoff zu Brixen,
hierauf S. Leo IX. ein Elsasser aus dem Hochgräflichen Haus
Dagsburg, und nach ihm Victor II. ein Schwäbischer Graf
von Calb, zuvor Bischoff von Aichstädt; alsdann Stepha-
nus X. ein gebohrner Hertzog aus Lothringen an Heiligkeit
und Wunderzeichen berühmt, wie nicht weniger Alexander
II. ein gleichfalls sehr heiliger Pabst. Aber aus allen diesen
hat an Lehr so wohl als Heiligkeit, die mit vielen vor und
nach dem Tod geschehenen Wunderzeichen bewährt worden,
billig den Vorzug der Heil. Gregorius VII. zuvor Hilde-
brand benahmset, dem die Geschicht-Schreiber selbiger Zei-
ten das gröste Lob geben, ausser dem vom Affter-Pabst Gui-
berto gemachten Cardinal Benno, dessen unverschämte
handgreiffliche Lügen, ungeheure Schmäh-Schrifften, und
entsetzliche Verleumdungen für unfehlbare Wahrheiten ge-
halten werden von den Ketzern so wohl, als falschen Politi-
cis, welche um kein Haar besser, als jene, und weder nach
GOtt, noch einigem Menschen was fragen, sondern alle
Göttliche und Menschliche Gesätz unter übersich kehren,
wann sie nur bey jenen wohl daran seynd, auf derer blossen
Augen-Winck sie mehr acht haben, als auf die Gebott GOt-
tes, Religion, und ihr eignes Gewissen.

3. Wie hat die Kirch ausgesehen?

Diese verfolgte auf das grausamste Henricus IV. der kein
Kayser, das ist, ein Advocat und Beschirmer / sondern
viel mehr ein abgesagter Feind der Kirchen zu nennen, als
wel-

qui facros ejus proventus, ipsúmque adeò Chrif
patrimonium tum in luxum & luxuriam, tum in ft
pendia militum, quos ad Ecclesiam oppugnandar
conduxit, immani facrilegio profudit; Sacerdotes &
Episcopos effrenatæ fuæ libidini, iteratæ perfidiæ
perjuriis, facrilegiis, crudelitati planè inauditæ repu
gnantes aut conjecit in vincula, aut trucidavit, fubft
tutis in eorum locum hominibus profligatiffimis, qu
vel plus pecuniæ repræfentabant, vel immaniore odi
furoréque infectabantur Chrifti Vicarium. Verùm his
aliísque pluribus machinationibus prævalere hau
poterant *inferorum Porta*, fed invicta prorfus tum alio
rum Pontificum, tum præcipuè S. Gregorii VII. *in*
ftantis opportunè, importunè, arguentis, obfecrantis, incre
pantis &c. virtute & conftantia reftituta Ecclefiaftic
difciplina, facrilega Clericorum incontinentia, rerúm
que facrarum nundinatio coërcita, jura, immunitásqu
Ecclefiaftica ftrenuè vindicata, impii Henrici affeclæ
confiliarii, fcelerúmque focii horribili morte à DEO
mulctati, Henricus ipfe ab omnibus tandem deftitu-
tus, Imperiique infignibus à fuomet filio exutus, a
brevi pòft repentina morte ad DEI tribunal citatus
eft, cujus, utpote Ecclefiæ diris etiam tum devoti ca-
daver quinque ipfos annos infepultum, horrori o-
mnibus & execrationi fuit; dum è contrario fa-
crum S. Gregorii VII. corpus annis ab obitu quingen-
tis integrum omnino & incorruptum eft repertum,
DEO Vicarii fui longè fideliffimi fanctitatem pluribus
miraculis toti orbi teftificante.

4. *Qui-*

welcher das Erbtheil Christi selbst, die geistliche Einkünften nemlich und Kirchen-Güter theils zu eitlem Pracht und unzuläßigen Wollüsten, theils zu Besoldung der Kriegs-Völcker die er, um die Kirch damit zu bekriegen, geworben, Gottsrauberischer Weise verschwendet, die Priester und Bischöff, so seiner ungezäumten Geilheit, vielfältigen Treulosigkeit, Meineid, Kirchen-Dieberey und unerhörten Grausamkeit widerstrebten, in harte Gefängnus geworffen, oder gar umgebracht, und an deren Stell die lasterhafftesteBöswicht, die entweders mehr Geld darschossen, oder mit grimmigerem Haß und Wut sich wider den Statthalter Christi empörten, zu geistlichen Würden befördert. Aber durch diese und mehr andere Unternehmungen kunten die Porten der Höllen keines wegs Meister werden, sondern durch unüberwindliche Tugend, Tapffer- und Standhafftigkeit so wohl anderer Päbst, als sonderbar des H. Gregorii VII. und durch dessen gelegenes und ungelegenes Anhalten / Verweisen / Bitten / Straffen ꝛc. fieng das Kirchen-Wesen wiederum an ein besseres Aussehen zu gewinnen. Der GOtt-schänderischen Unenthaltenheit der Geistlichen, der gottlosen Krämerey und Wucher mit geistlichen Würden und Aemtern ward ein gewaltiges Biß eingelegt, die Kirchen-Freyheiten und Rechten wurden mannhafft verfochten und behauptet, die Gotts-vergessene Anhänger, Rathgeber und Mithelffer Henrici von GOtt durch einen erschröcklichen Tod hingerafft, Henricus selbst zuletzt von jedermañ verlassen, von seinem eignen Sohn der Reichs-Zierden und Kayserthums beraubet, und bald darauf durch einen gähen und unversehenen Tod für GOttes Gericht abgefordert, und weil er annoch mit dem Kirchen-Bann belegt war, sprach über seinen fünf gantze Jahr unbegrabenen Leichnam jedermann den Fluch: da hingegen S. Gregorii VII. heiliger Leib 500. Jahr nach seinem seeligen Hinscheiden annoch gantz frisch und unverwesen gefunden worden, auch GOtt selbst die Heiligkeit seines getreuesten Statthalters mit vielfältigen Wunderzeichen der gantzen Welt hat kundbar gemacht.

4. Quibusnam regionibus Euangelii lux oborta eſt?

Univerſum Hungariæ regnum S. Stephani Regi opera planè Apoſtolicâ Chriſto, ejúsque Eccleſiæ ſubjicitur. 2. Religio orthodoxa ſacris expeditionibus hoc Seculo in Palæſtinam ſuſceptis, ibidem cœpit refloreſcere.

5. Quinam hæretici contra Eccleſiam inſurrexêre?

1. Facem prætulit Berengarius Andegavenſis Eccleſiæ Archidiaconus, Sacramentariorum anteſignanus qui veram Chriſti in Euchariſtia præſentiam primus negare auſus eſt. Ad extremum tamen reſipuit, moriénsque ſuarum quidem noxarum veniam à DEI clementia ſperare ſe faſſus eſt ob peractam ritè pœnitentiam; vehementer tamen divinam formidare juſtitiam ob peccata aliena, eósque præcipuè, quos perversâ ſuâ doctrinâ in hæreſin induxiſſet. 2. Michaël Cerularius Patriarcha Conſtantinopolitanus, hominum ſuperbiſſimus, dum Pontifice Romano, quem tamen ſolum Chriſtus ipſe ſupremum ovium ſuarum omnium paſtorem conſtituit, inferior eſſe recuſabat, impii Photii ſchiſma & divortium cum Latina Eccleſia inſtauravit. Utque nequitiæ ſuæ tegumentum quæreret, varios eidem, ſed immeritò prorſus, exprobravit errores, cùm funeſti illius ſchiſmatis potiſſima, ſi non unica cauſa fuerit ſuperbia, hæreſeon omnium mater, nutrix & gerula.

6. Quid in Conciliis potiſſimè decretum fuit?

1. Berengarii hæreſis pluribus in Conciliis damnata eſt. 2. Plures item Synodi celebratæ ad reſtituendam diſciplinam Eccleſiaſticam, exterminandam ſacrorum nundinationem & ſacrilegum concubinatum. 3. Jus eligendi Pontificem ſolis Cardinalibus aſſertum à Nicolao II. in Concilio Romano A. 1059.

7. Qui

4. In was für Landschafften ist das Liecht des Evangelii aufgangen?

1. Das gantze Königreich Ungarn ward durch des H. Kö-nigs Stephani Apostolischen Eifer Christo und seiner Kirch unterwürffig gemacht. 2. Die wahre Religion hat durch die in diesem Jahr-Hundert unternommene Creutz-Züg in Palästina wiederum zu blühen angefangen.

5. Was für Ketzer haben sich wider die Kirch aufgelehnet?

1. Der Haupt-Aufwickler war Berengarius ein Ertz-Diacon der Kirch zu Anjou, der heutigen Sacramentirer Rädelführer, welcher der erste aus allen die wesentliche Gegenwart Christi in dem Hochheil. Altars-Geheimnus zu läugnen sich erkühnte; gieng doch endlich wieder in sich, und bekannte im Tod-Bett, daß er zwar wegen gethaner Buß Verzeihung seiner eignen Missethaten von der Güte GOttes zu erlangen verhoffe, fürchte sich doch sehr vor der Göttlichen Gerechtigkeit wegen fremden Sünden, und sonderbar wegen derjenigẽ, die er durch seine verführische Lehr zur Ketzerey verleitet. 2. Michael Cerularius Patriarch zu Constantinopel ein überaus stoltzer und hochmüthiger Mann, da er nicht minder seyn wolte als der Röm. Pabst, den doch Christus selbst zum obersten Hirten über alle seine Schaf bestellt, hat hierdurch des gottlosen Photii Spalt- und Trennung von der Lateinischen Kirch wiederum erneuert, und, um seinen Schalck in etwas zu verbergen, derselben allerhand Fehler, wiewohl gantz unbillicher Weise aufgerupfft, indem die meiste, wo nicht die einzige Ursach so greulicher Spaltung die Hoffart gewesen, als eine Mutter und Säugamme aller Ketzereyen.

6. Was ist in denen Kirchen-Versammlungen hauptsächliches beschlossen worden?

1. Des Berengarii Ketzerey ward auf mehrern Conciliis verdammt. 2. So wurden auch sehr viel Concilia gehalten zu Wiederherstellung der Kirchen-Zucht, zu Austilgung der Simonie, und GOtt-schänderischen Kebs-Ehe der GOtt-geheiligten und verlobten Personen. 3. Das Recht einen Pabst zu erwählen wird den Cardinalen allein zu erkennet von Nicolao II. in dem zu Rom gehaltenen Concilio A. 1059.

7. Qui ritus inducti?

1. Pœnitentiæ publicæ, eæque austeræ admodum ac diuturnæ, prioribus seculis ad expiandas noxas irrogari solitæ, in sacras subinde expeditiones, piásque peregrinationes commutatæ fuêre. 2. Insigne militum, ad sacrum bellum Urbani II. auspiciis proficiscentium, crux erat purpurea dextro humero assuta. 3. *Corporalia*, ut vocant, sive sacra lintea restinguendis incendiis exoptato eventu fuêre adhibita. 4. Solennem omnium pia morte defunctorum memoriam die 2. Novembris à S. Odilone Abbate Cluniacensi in suis primùm monasteriis fieri cœptam, vel instauratam, universa dein Ecclesia faciendam curavit.

8. Qui Ordines Religiosi instituti?

1. S. Joannes Gualbertus, Nobilis Florentinus, Ordinem, à Valle Umbrosa, ubi primum Monasterium exstruxit, nuncupatum, condidit. 2. S. Stephanus, Nobilis Gallus, instituit Ordinem austeræ admodum disciplinæ, cui Grandimontium à Monachis post S. Stephani obitum divino monitu incoli cœptum, nomen hoc indidit. 3. S. Bruno Coloniæ Agrippinæ à parentibus genere ac virtute claris oriundus, cum sex sociis in rupem altissimam & asperrimam, cui Carthusiæ nomen, secedens, prima ordinis sui fundamenta A. 1086. jecit. 4. Occasione ignis sacri in Gallia vehementer grassantis, à Gastone Nobili Gallo instituta est pia primùm Congregatio, quæ deinde in Ordinem Canonicorum regularium S. Antonii coaluit. Horum officium est operam suam prædicto morbo laborantibus commodare. 5. S. Robertus Abbas Mo-

7. Was seynd für Kirchen-Gebräuch eingeführt worden?

1. Die offentliche sehr strenge und langwürige Bussen, so in denen vorigen Seculis zu Abbüssung der Sünden pflegten auferlegt zu werden, seynd nach der Zeit in die Creutz-Züg und Wallfahrten verändert worden. 2. Das Zeichen der Soldaten, so durch Anleitung des Pabsts Urbani II. in den Heil. Krieg zogen, war ein auf der rechten Schulter angenähtes rothes Creutz. 3. Die geweyhte Corporal werden wider die Feuers-Brunsten mit erwünschtem Erfolg gebraucht. 4. Die Jährliche Gedächtnus aller in GOtt-abgeleibten Christglaubigen Seelen wird am zweyten Tag Wintermonats durch den Heil. Cluniacensischen Abt Odilo Anfangs in seinen Clöstern eingeführt, oder jedoch erneuert, nachgehends aber in der allgemeinen Kirch zu halten befohlen.

8. Was seynd für Ordens-Stånd auffkommen?

1. Der H. Johannes Gualbertus ein Adelicher Florentiner, war Stiffter des Ordens, so von dem Ort, woselbst das erste Closter ward angelegt, den Nahmen führt. 2. Der Heil. Stephanus ein Adelicher Frantzoß hat einen sehr strengen Orden gestifftet, welcher von Grandmont, allwo die Mönch nach S. Stephani Hinscheiden aus Ermahnung GOttes anfiengen zu wohnen, den Nahmen überkommen. 3. Der Heil. Bruno zu Cölln von Adelichen und tugendhafften Eltern gebohren, hat sich mit sechs Gesellen auf einen sehr hohen und rauhen Berg, Carthaus genannt, begeben, und allda A. 1086. den ersten Grund zu seinem Orden gelegt. 4. Aus Gelegenheit des hefftig in Franckreich überhand nehmenden so genañten Antoni-Feuers hat Gasto, ein edler Frantzos Anfangs eine Gottseelige Versammlung, die nachgehends zu einem Orden-Stand regulirter Chor-Herren S. Antonii worden, aufgerichtet. Ihr Amt ist denen an erwehntem Ubel kranck-ligenden abwarten. 5. Der Heil. Robertus Molismensischer Abt hat den Orden, so von

Molifmenfis Ordinem, cui à Ciftertio, folitario Burgundiæ loco nomen, inftituit, à fancto dein Bernardo mirificè propagatum.

9. Quinam fanctitate & doctrina floruêre?

S. Abo Floriacenfis Abbas, S. Emericus S. Stephani Regis Hungariæ filius, S. Eduardus III. Angliæ Rex, S. Benno Epifcopus Mifnenfis, S. Stanislaus Epifcopus Cracovienfis, S. Canutus Daniæ Rex, S. Margarita Scotiæ Regina &c.

Doctrina excelluêre S. Bruno Epifcopus Herbipolitanus, Conradi II. Imperatoris confanguineus, Berno Abbas Augiæ divitis, quam infigni quoque virtute, miráque eruditione illuftravit B. Hermannus *Contractus* è Comitum Veringenfium profapia, auctor Antiphonæ *Salve Regina &c.* B. Petrus Damiani Cardinalis & Epifcopus Oftienfis, Lambertus Schafnaburgenfis, monafterii Hirfchfeldenfis, & Marianus Scotus Fuldenfis Monachus, Paulus Bernriedenfis Canonicus Regularis, Gerochus Præpofitus Reicherfpergenfis in Bavaria, Bertoldus Presbyter Conftantienfis, qui Hermanni Contracti *Chronicon* continuavit &c.

10. Quibus miraculis Ecclefia illuftrata eft?

1. S. Stanislaus Epifcopus Cracovienfis virum, Petrum nomine, triennio abhinc demortuum, multis fpectantibus, ad vitam revocavit, fecúmque ad regium tribunal deduxit, út de agro, quem fuæ quondam Ecclefiæ nomine ab ipfo emerat, teftimonium publicè diceret. 2. Ad S. Guntheri Anachoretæ preces pavo affatus repentè avolat è menfa S. Stephani Hungariæ Regis. Miraculis celebriores fuêre SS. Benno & Stanislaus Epifcopi, S. Joannes Gual-

Cisterß einem einsamen Ort in Burgund seinen Nahmen her .. t, gestifft, welcher nachmals von dem Heil. Bernardo wundersam ausgebreitet worden.

9. Was für eine waren an Heiligkeit und Wissenschafft berühmt?

Der Heil. Abo Floriacensischer Abt, S. Emericus ein Sohn des Heil. Stephani Königs in Ungarn, S. Eduardus III. König in Engelland, S. Benno Bischoff zu Meissen, S. Stanislaus Bischoff zu Cracau, S. Canutus König in Dännemarck, S. Margarita Königin in Schottland 2c.

An Wissenschafft waren fürtrefflich der H. Bruno Bischoff zu Würtzburg Kaysers Conradi II. Bluts-Freund, Berno Abt in der Reichenau, woselbst auch an auserlesenen Tugenden und wundersamer Gelehrtheit scheinbar gewesen der Seel. Hermannus Contractus oder der Lahme ein gebohrner Schwäbischer Graf von Veringen; der nebst anderen das schöne Kirchen-Gesang, Salve Regina gemacht. Der Seel. Petrus Damiani Cardinal und Bischoff zu Ostia, Lambertus von Aschaffenburg aus dem Closter zu Hirschfeld, Marianus Scotus Profeß zu Fulden, Paulus Regulirter Chor-Herr zu Bernried, Gerochus Probst zu Reicherperg in Bayern, Bertoldus ein Priester von Costantz, welcher die Chronick Hermanni Contracti weiters fortgeführt hat 2c.

10. Durch was für Wunder ist die Kirch scheinbar gemacht worden?

1. Der Heil. Stanislaus Bischoff zu Cracau hat einen schon vor drey Jahren verstorbenen Mann, Petrus mit Nahmen, in Beysepn vieles Volcks von Todten erweckt, und mit sich zum offentlichen Königlichen Gericht geführt, um alldort wegen einem ehedessen für seine Kirch von ihm erkaufften Land-Gut Zeugnus zu geben. 2. Auf das Gebett des H. Einsidlers Guntheri ist ein gebratner Pfau von der Tafel des H. Stephani Königs in Ungarn plötzlich hinweg geflogen. An Wunderwercken waren sonders berühmt die Heil. Bischöff Benno und Stanislaus, S. Johannes Gualbertus und

Gualbertus, & S. Stephanus, cujus crebra miracula Grandimontii patrata cùm ingentem hominum frequentiam attraxiſſent, Petrus Abbas amore ſacræ ſolitudinis Sancto huic demiſsè ſupplicavit, imò & præcepit, patrandis ut miraculis deſiſteret. Morem geſſit Sanctus, quoad Petrus ſuperſtes fuit; hoc verò mortuo, novis illico maximisque, ut antea, prodigiis inclaruit. Plura ævi ſui miracula recenſent B. Petrus Damiani, Adamus Bremenſis, Glaber, aliique.

Seculum XII.

1. Quo ordine Romani Pontifices ſibi ſucceſsêre?

159. Paſchal. II. *ad*	1118	167. Anaſtaſ. IV. *ad*	1154
160. Gelaſius II.	1119	168. Hadrianus IV.	1159
161. Calliſtus II.	1124	169. Alexander III.	1181
162. Honorius II.	1130	170. Lucius III.	1185
163. Innocentius II.	1143	171. Urbanus III.	1187
164. Cæleſtinus II.	1144	172. Gregor. VIII.	1187
165. Lucius II.	1145	173. Clemens III.	1191
166. Eugenius III.	1153	174. Cæleſtinus III.	1198

2. Quid de hiſce Pontificibus Hiſtorici memorant?

Seduli quisque paſtoris munia ſtrenuè obierant. Diuturna porrò controverſia Pontifices inter & Henricos IV. & V. de Eccleſiaſticis Imperii Ordinibus in clientelam ſuſcipiendis à Calliſto II. compoſita tandem ac dirempta eſt. Eugenius III. S. Bernardi diſcipulus in ſummo illo dignitatis faſtigio poſitus, nihil admodum de monaſticæ diſciplinæ aſperitate remiſit, miraculis poſt obitum clarus. Alexander III. laudatiſſimus itidem Pontifex, Imperatoris Friderici Ahenobarbi, triúmque ab eo intru-

S. Stephanus, dessen vielfältige zu Grandmont gewürckte Wunderthaten sehr viel Volck dahin zu Wallfahrten bewogen. Dahero Petrus Abt daselbst aus Liebe zur Heil. Einsamkeit Stephanum gebetten, ja so gar unter dem Gehorsam geheissen kein Wunder mehr zu thun. Der Heil. gehorsamte, so lang Petrus bey Leben war; aber nach dessen Hintritt hat er gleich wieder neue und sehr grosse Miracul, wie zuvor gethan. Mehr andere Wunderthaten, so selber Zeit geschahen, erzehlet der Seel. Petrus Damiani, Adam von Bremen, Glaber, und andere.

Das zwölfte Jahr-Hundert.

1. In was für einer Ordnung seynd die Römische Päbst auf einander gefolget?

159. Paschal. II. bis	1118	167. Anastasius IV. bis	1154
160. Gelasius II.	1119	168. Hadrianus IV.	1159
161. Callistus II.	1124	169. Alexander III.	1181
162. Honorius II.	1130	170. Lucius III.	1185
163. Innocent. II.	1143	171. Urbanus III.	1187
164. Cälestinus II.	1144	172. Gregorius VIII.	1187
165. Lucius II.	1145	173. Clemens III.	1191
166. Eugenius III.	1153	174. Cälestinus III.	1198

2. Was melden die Geschicht-Schreiber von diesen Päbsten?

Ein jeder aus ihnen hat sein oberstes Hirten-Amt sehr wohl vertretten. Jenen langwürigen Streit-Handel zwischen den Päbsten und Kaysern Heinrich dem IV. und V. wegen den Investituren der Geistlichen Reichs-Stände hat endlich Callistus II. beygelegt. Eugenius III. ein Lehr-Jünger des H. Bernardi änderte in seiner höchsten Ehren-Würde fast gar nichts von voriger Clösterlichen Lebens-Art, und leuchtete nach dem Tod mit Wunderzeichen. Alexander III. ein gleichfalls sehr lobwürdiger Pabst setzte sich starckmüthigst wider die Unternehmungen Kaysers Friderici Barbarossæ, und

truſorum Antipaparum, qui infelici omnes morte periêre, molitionibus fortiſſimè ſe oppoſuit.

3. Quis Eccleſiæ ſtatus?

Triplici hæc ſciſſa eſt ſchiſmate. Primum excitavit Henricus V. Imperator, qui Gelaſio II. legitimo Pontifice repudiato, Mauritium Burdinum intrudendum curavit, Gregorii VIII. nomen ſibi arrogantem. Secundi ſchiſmatis auctor fuit Petrus Leonis homo nequiſſimus verſutiſſimúsque, origine Judæus, qui artibus peſſimis in S. Petri legitimíque ejus ſucceſſoris Innocentii II. ſedem ſe ipſe intruſit, Anacleti II. nomen uſurpans. Tertium ſchiſma induxit fovítque Fridericus I. Imperator, qui ternos Antipapas, continenter ſublectos, omnibus opibus viribúsque adjuvit. Verùm uti aliàs ſemper, ita hîc quoque glorioſè triumphavit Eccleſia, ac præcipuè quidem de Friderico I. Imperatore, qui ex præpotente Eccleſiæ oppugnatore in ſtrenuum ejusdem propugnatorem mutatus, ingenti cum exercitu in Palæſtinam contendit, Hieroſolymam recuperaturus. Plures hujusmodi expeditiones hoc Seculo ſunt ſuſceptæ eventu tamen minùs proſpero ob Chriſtianorum maximè flagitia & diſcordias.

4. Quæ regiones Chriſtiana ſacra ſuſcepêre?

Pomeraniæ Ducatum S. Otho Epiſcopus Bambergenſis è Comitum Andecenſium ſtemmate ſub annum 1109. Livoniam veró S. Meinardus Chriſto adjunxit primus gentis illius Epiſcopus A. 1186. inauguratus.

5. Quæ hæreſeon lolia progerminârunt?

1. Petrus de Bruis & Henricus ex Monacho infamis

reyer von demselben aufgeworffnen Affter-Päbsten, welche
lle eines unglückhafften Todes starben.

3. Wie stund es um die Kirch?

Es erhub sich in selber eine dreyfache Trennung. Die
rste verursachte Kayser Henricus V. welcher dem rechtmäßi-
en Pabst Gelasio II. den Gehorsam aufgesagt, und Mauri-
um Burdinum unter dem Nahmen Gregorii VIII. der Kirch
ufgedrungen. Der zweyten Spaltung Urheber war Petrus
eonis ein sehr lasterhaffter und verschlagener Böswicht,
eines Herkommens ein Jud, welcher sich durch gottlose
Ränck in des H. Petri, und dessen rechtmäßigen Stul-Er-
ens Innocentii II. Päbstlichen Sitz selbst eingedrungen.
Sein Affternahme war Anacletus II. Die dritte Kirchen-
Spaltung hat Kayser Fridericus I. angezettelt, und unter-
alten; allermassen er drey Affter-Päbst nach einander mit
llen Kräfften unterstützet. Allein gleichwie zu allen anderen
Zeiten, also hat auch dermalen die Kirch GOttes glorwür-
ig obgesiegt, sonderbar über den Kayser Fridericum I. wel-
her aus einem gewaltigen Verfolger der Kirch zu einem
apfferen Verfechter derselben worden ist; gestaltsam er mit
inem starcken Kriegs-Heer in das H. Land gezogen, die
Stadt Jerusalem wiederum zu erobern. Mehr andere der-
gleichen Creutz-Züg seynd in diesem Seculo unternommen
worden, die aber keinen sonders guten Ausgang gehabt, und
dieses zwar meistentheils wegen den Lastern und Mißhellig-
eiten der Christen.

4. Was für Länder haben den Christlichen Glauben angenommen?

Das Hertzogthum Pommern hat A. 1109. der H. Otho
Bischoff zu Bamberg ein gebohrner Graf von Andechs aus
Bayern; Liefland aber der Heil. Meinardus, welcher A.
1186. zum ersten Bischoff der Liefländer geweyhet worden,
zu Christo bekehrt.

5. Was für Ketzerisches Unkraut ist herfürgewachsen?

1. Petrus de Bruis und Henricus aus einem Mönch ein
ver-

famis apoſtata, Lutheri & Calvini prodromi, rejic-
ebant Miſſæ ſacrificium, cultum & invocationem San-
ctorum, preces pro defunctis, baptiſmum parvulo-
rum, traditiones, ſanctorúmque Patrum monumen-
ta &c. Petrus in Gallia infami rogo impoſitus eſt:
Henricus verò in perpetuam datus cuſtodiam, ne plu-
res corrumperet. 2. Waldenſes à Petro Waldone ci-
ve Lugdunenſi nomen ſortiti, damnabant cultum i-
maginum, confeſſionem auricularem, extremam Un-
ctionem, Indulgentias, Purgatorium &c. In hos Hæ-
reticos, à pluribus conciliis damnatos, graviſſimis pœ-
nis animadverterunt Imperator, Galliæque & Arago-
num Reges. 3. Albigenſes, viperea Waldenſium pro-
genies, novos prioribus errores aſſuebant, ride-
bántque omnes ritus ac ceremonias Eccleſiæ, quam
impii hi obtrectatores ſpeluncam latronum, ac mere-
tricem Babylonicam appellare ſunt auſi.

6. Quid in Conciliis actum?

Tria hoc Seculo Concilia Oecumenica Romæ in
Lateranenſi baſilica celebrata fuêre. In primo, cui
ampliùs trecenti Epiſcopi interfuêre, actum de Sa-
cerdotii & Imperii concordia ab Henrico IV. & V.
aliquamdiu diſturbata: de inſtauranda item morum
diſciplina, ſacróque bello continuando. In ſe-
cundo damnati à mille ferè Epiſcopis Petrobuſia-
ni, & Arnaldus Brixienſis, qui aliquot pòſt annis
vivus eſt exuſtus: reſciſſa quoque acta omnia Ana-
cleti Antipapæ &c. In tertio, cui trecenti aderant
Epiſcopi, diris devovebantur Waldenſes Hæretici,
in varias ſectas diviſi, multáque alia ſalubriter ſan-
ciebantur. Præter tria hæc generalia, ad quinqua-
ginta inſuper Concilia *particularia* hoc Seculo cele-
bra-

erschreyter Mammeluck, beyde des Luthers und Calvins Vorläuffer, verwarffen das H. Meß-Opffer, die Verehr- und Anruffung der Heiligen, das Gebett für die Abgestorbene, die Kinder-Tauff, das ungeschriebene Wort GOttes, die Schrifften der H. Vätter 2c. Petrus ist in Franckreich verbrannt; Henricus aber zur ewigen Gefängnus verdammt worden, damit er nicht noch mehr Seelen verführte. 2. Die Waldenser von Petro Waldo einem Lionischen Burger also genahmset, verwarffen die Verehrung der Bilder, die Ohren-Beicht, die letzte Oelung, die Ablaß, das Fegfeur 2c. Diese von vielen Kirchen-Versammlungen verdammte Ketzer wurden mit den schärffsten Straffen belegt von dem Kayser, Königen in Franckreich und Aragonien 2c. 3. Die Albigenser eine gifftige Brut der Waldenser fügten denen vorigen Ketzereyen noch neue Irrthümer bey, verlachten alle Gebräuch und Ceremonien der Kirch, welche diese gottlose Lügen- und Läster-Mäuler eine Mörder-Grub, und die grosse Babylonische Metz zu schelten sich erkühnten.

6. Was ward auf den Conciliis abgehandelt?

Drey allgemeine Kirchen-Räth wurden in diesem Jahr-Hundert zu Rom in Laterano gehalten. In dem ersten, woselbst über drey hundert Bischöff zugegen waren, ist von dem Frieden und Einigkeit zwischen der Kirch und dem Reich, so Henricus IV. und V. eine geraume Zeit zerstöret, auch von Verbesserung der Sitten und Fortsetzung des H. Kriegs gehandelt worden. In dem zweyten seynd von fast tausend anwesenden Bischöffen die Petrobusianer, und Arnaldus von Brescia, der nach etlich Jahren den Scheiterhauffen zum Lohn bekam, wie auch alles, wessen sich der Affter-Pabst Anacletus unterstanden, verdammt worden 2c. In dem dritten, allwo sich dey hundert Bischöff einfanden, seynd die in viel Secten zertheilte Waldenser verdammt, und sonst viel heilsames verordnet worden. Nebst diesen dreyen allgemeinen, seynd noch bey fünfzig andere particular-Concilia in diesem Seculo theils wider die dazumal schwärmende Ketzereyen

brata fuêre tum contra grassantes hæreses, tum ad tollenda schismata, morúmque corruptelas.

7. Qui ritus recepti fuêre?

1. Illibata Virginis Deiparæ conceptio ab Ecclesia Lugdunensi A. 1136. solemni ritu celebrari cœpta. 2. Pœnitentiæ publicæ minùs semper minúsque frequentari, ínque alia opera pia commutari solebant. 3. Mos, quo profani etiam homines meritorum religiosæ cujusdam familiæ participes fiebant, cœpit invalescere.

8. Qui novi Ordines Religiosi?

Hoc Seculo occasione sacrarum expeditionum tres Equitum Ordines insigniores cœperunt efflorescere, nempe 1. Melitensium sub annum 1104. cujus primus Magister fuit B. Gerardus. 2. Templariorum, à vicina templo Hierosolymitano habitatione nomen ducentium A. 1118. 3. Teutonicorum A. 1191. S. Norbertus A. 1120. Ordinem Canonicorum Regularium, cui à Præmonstrato, deserto olim Galliæ loco nomen, instituit. De Ordinis porrò Guilielmitarum auctore variant scriptores.

9. Quinam sanctitate & doctrina celebratiores?

S. Anselmus Episcopus Cantuariensis, S. Norbertus Tanchelini hæreseos exterminator, S. Bernardus Ordinis Cistertiensis totiúsque Ecclesiæ ingens lumen, & columen, Rupertus Abbas Tuitiensis Ord. S. Benedicti; Ven. Petrus Abbas Cluniacensis, Hugo & Richardus de S. Victore, uterque Canonic. Reg. S. Augustini, Guerricus Abbas Cistertiensis, Otho Episcopus Frisingensis, Petrus Lombardus Episcop. Paris. &c.

10. Qui-

zereyen, theils zu Aufhebung der Spaltungen und verderb-
en Sitten versammlet worden.

7. Was kamen für neue Gebräuch auf?

1. Das Fest der unbefleckten Empfängnus der Jungfräu-
ichen Mutter GOttes wird im Lioner Bißthum A. 1136.
u feyren angefangen. 2. Die offentliche Bussen kommen je
änger je mehr in Abgang, und werden in allerhand andere
gute Werck verändert. 3. Der Gebrauch weltliche Perso-
en der Verdiensten eines gantzen Geistlichen Ordens theil-
hafftig zu machen wird eingeführt.

8. Was seynd für neue Ordens-Ständ aufgerichtet worden?

In diesem Seculo haben aus Gelegenheit der Creutz-Zü-
gen drey sonders berühmte Ritter-Orden ihren Anfang ge-
nommen, als 1. der Malteser um das Jahr 1104. deren
rster Groß-Meister der Seel. Gerardus gewesen. 2. Der
Tempel-Herren, wegen ihrer Wohnung zu nächst am Tem-
pel zu Jerusalem also benahmset A. 1118. 3. Der Teut-
chen Ritter, oder Creutz-Herren A. 1191. Der H. Nor-
ertus hat A. 1120. einen neuen Orden regulirter Chor-Her-
en gestifftet, welche von einem in Franckreich hiebevor öden
und einsamen Ort, Prämonstratenser genannt worden. Den
Urheber des Wilhemiter-Ordens betreffend seynd die Scri-
enten nicht einerley Meinung.

9. Welche waren die berühmtere Heilige und Lehrer?

S. Anselmus Bischoff zu Cantelberg, S. Norbertus
ein Vertilger der Ketzerey des Tanchelini, S. Bernardus ein
grosses Liecht und Stütze des Cistercienser Ordens und gan-
zen Kirch GOttes, Rupertus Abt zu Duitz S. Benedicti
Ordens, der Ehrwürdige Petrus Abt zu Cluny, Hugo und
Richardus à S. Victore beyde regulirte Chor-Herren S. Au-
gustini, Guerricus Cistercienser Abt, Otho Bischoff zu
Freisingen, Petrus Lombardus Bischoff zu Paris rc.

10. Mit

10. Quibus miraculis Religio orthodoxa confirmata est

Ingens ægrotantium multitudo guſtatis panibus quos S. Bernardus Crucis ſigno luſtraverat, repente convaluit, uti ipſe palàm prænunciârat. Complura alia miracula edidêre SS. Bernardus, Norbertus, Malachias, Iſidorus agricola &c. litteris verò conſignârunt Petrus Abbas Cluniacenſis, Sigebertus Gemblacenſis &c.

Seculum XIII.

1. Quinam Chriſti in terris Vicarii?

175. Innocent. III. *ad*	1216	184. Iñocent. V. *ad*	1276
176. Honorius III.	1227	185. Hadrianus V.	1276
177. Gregorius IX.	1241	186. Joannes XX.	1277
178. Cæleſtinus IV.	1241	187. Nicolaus III.	1280
179. Innocent. IV.	1254	188. Martin. IV.	1285
180. Alexander IV.	1261	189. Honorius IV.	1287
181. Urbanus IV.	1264	190. Nicolaus IV.	1292
182. Clemens IV.	1268	191. S. Cæleſtin. V.	1296
183. Gregorius X.	1276	192. Bonifac. VIII.	1303

2. Qua laude hi ſuum obiêre munus?

Omnes ad commune Eccleſiæ bonum gnaviter intenti, vitæ erant probatiſſimæ, conſtantiæque in extirpandis hæreſibus morúmque corruptelis prorſus invictæ. Innocentius III. ex Signiæ Comitibus, Pontifex verè Optimus Maximus, à ſupremis Chriſtiani orbis capitibus maximopere ſuſpiciebatur, Innocentius IV. virtute atque eruditione eximius, ad declinandas Friderici II. inſidias in Galliam ſe recipere coactus eſt. Martinus re ipſa II. ſed à plerisque, qui duos Marinos Pontifices cum Martinis confundunt, IV. dictus, multis à morte miraculis

10. Mit was für Wunderzeichen ist die wahre Religion bekräfftiget worden?

Ein sehr grosse Menge der Bresthafften, welche das vom
eil. Bernardo gesegnete Brod verkosteten, seynd augen-
icklich wieder gesund worden, wie der Heilige selbst offent-
h hat vorgesagt. Mehr andere Wunderthaten haben die
eilige Bernardus, Norbertus, Malachias, Isidorus
r Bauersmann rc. gewürcket, Petrus aber Abt zu Cluny,
igebertus Gemblacensis oder von Gemblours &c. schrifft-
) hinterlassen.

Das dreyzehende Jahr-Hundert.

. Welche waren Christi Statthalter auf Erden?

5. Innocent. III. bis	1216	184. Innocent. V. bis	1276
6. Honorius III.	1227	185. Hadrianus V.	1276
7. Gregorius IX.	1241	186. Johannes XX.	1277
8. Cälestinus IV.	1241	187. Nicolaus III.	1280
9. Innocentius IV.	1254	188. Martinus IV.	1285
o. Alexander IV.	1261	189. Honorius IV.	1287
1. Urbanus IV.	1264	190. Nicolaus IV.	1292
2. Clemens IV.	1268	191. S. Cälestinus V.	1296
3. Gregorius X.	1276	192. Bonifacius VIII.	1303

2. Wie haben diese Päbst ihre Stell vertreten?

Alle waren für die allgemeine Wohlfahrt der Kirch sehr
gsam und wachtbar, auch anbey eines gar erbaulichen
bens, und unüberwindlicher Standhafftigkeit in Austil-
ng der Ketzereyen, verkehrten Sitten und Mißbräuch.
nocentius III. aus dem Haus Conti ein sehr fürtrefflicher
bst war bey den höchsten Christlichen Welt-Häuptern in
östem Ansehen. Innocentius IV. ein an Tugend und Ge-
rtheit berühmter Pabst mußte wegen den Nachstellungen
Kaysers Friderici II. in Franckreich entfliehen. Mar-
us von Rechtswegen der Zweyte, jedoch von den
isten, welche die zween Päbst, Marinus mit Nah-
n, mit Martinus verwechseln, der Vierte genannt,

culis claruit. S. Cælestinus V. Pontificatu, quem quinque gessit mensibus, sponte se abdicavit, non Card. Benedicti Cajetani, ejus postea successoris, instinctu, sed, uti testes omni exceptione majores asseverant, amore sacratæ solitudinis, cui à puero assueverat. Bonifacium VIII. libertatis, juriúmque Ecclesiasticorum assertorem ac vindicem strenuissimum, quem idcirco Philippi IV. Galliæ Regis asseclæ & assentatores atrocissimis calumniis proscindunt, omni sceleris suspicione absolvunt tum scriptores coævi neutri parti obnoxii, tum ejusdem Pontificis cadaver annis ab obitu trecentis, Roma, imò & Ecclesia universa applaudente, omnis corruptionis expers inventum; tum demum pœnæ gravissimæ Philippo à DEO ob Vicarium suum tam indignè habitum irrogatæ, ut in opusculo IV. innuimus.

3. *Quis Ecclesiæ status?*

Innocentius IV. quinque gravissimas, quibuscum Ecclesia tunc conflictabatur, calamitates cum 5. Christi vulneribus comparabat. Has inter prima erat Græcorum schisma. 2. Hæreses per Galliam potissimùm grassantes. 3. Terræ sanctæ amissio. 4. Friderici II. Imperatoris Ecclesiam, cujus *Advocatus* ac *Defensor* ex officio esse debuerat, multifariè vexantis violentia. 5. Tartarorum in terras Christianorum irruptio. Atque his aliisque machinis penè innumeris Ecclesiæ arx oppugnari quidem, at expugnari nunquam potuit, nec poterit. Hac spe fiduciáque animatus Simon Monfortius A. 1213. cum mille duntaxat peditibus, equitibúsque octingentis centum millium hæreticorum exercitum ad urbem Tolosan

leuchtete nach seinem Hinscheiden mit viel Wunderzeichen. S. Cälestinus V. trat das Pabstthum, dem er fünf Monat vorgestanden, wiederum freywillig ab, nicht aus Einrathen des Cardinals Benedicti Cajetani seines Stul-Erbens, sondern wie bewährte Scribenten als unverwürffliche Zeugen betheuren, aus Liebe zur heiligen Einsamkeit, worzu er sich von Jugend an gewöhnt hat. Bonifacium VIII. jenen starckmüthigsten Retter und Verfechter der Kirchischen Freyheit und Gerechtsame, welchen deßwegen die Anhänger und Hof-Katzen Philippi IV. Königs in Franckreich ehrenschänderischer Weise durch die Hechel gezogen, sprechen von allem Verdacht einiger Mißhandlung gäntzlich los so wohl alle unpartheyische Scribenten selbiger Zeiten, als des verstorbenen Leichnam selbst, welcher nach drey hundert Jahren mit allgemeiner Freud und Frolocken der Stadt Rom, ja der gesammten Kirch annoch gantz, und unversehrt erfunden worden; worzu noch kommen die empfindlichste Straffen, mit denen GOtt Philippum, weil er mit dem Statthalter Christi so übel verfahren, gezüchtiget, wie hiervon im vierten Wercklein Anregung geschehen.

3. Wie gieng es in der Kirchen zu?

Pabst Innocentius IV. vergliech die fünf sehr harte Bedrangnussen, welche die Kirch damals auszustehen hatte, mit denen fünf Wunden Christi. Die erste daraus war die Trennung der Griechischen Kirch. 2. Die sonderbar in Franckreich schwärmende Ketzereyen. 3. Der Verlust des heiligen Lands. 4. Die Gewaltthätigkeit Kaysers Friderici II. welcher der Kirch, dero Advocat und Schutz-Herr selber Amts halber hätte seyn sollen, viel Leyds zugefügt. 5. Der Tartarn feindlicher Einfall in die Landschafften der Christglaubigen. Durch solche und andere fast unzahlbare Maurbrecher hat zwar die feste Burg der Kirch können bestürmet, niemal aber überwältiget werden. Durch solche Hoffnung und Zuversicht angefrischet, hat Simon von Montfort A. 1213. mit tausend Mann zu Fuß und achthundert zu Pferd

losam penitus profligavit, ex suis non nisi unico equite & octo peditibus desideratis.

4. Quæ regiones ab idolorum cultu ad Religionem Christianam sunt traducta?

Viri Apostolici complures è religiosa S. Dominici & S Francisci familia, à sede Apostolica in Græciam, Norwegiam, Bulgariam, Armeniam, Indiam, Æthiopiam, & Tartariam missi, paganos plurimos Christianis sacris initiârunt. Honorius IV. Albanensis etiam tum Episcopus in Norwegia Christi Euangelium promulgavit. Prussiam Equites Teutonici ab ethnica superstitione purgârunt.

5. Quas suppetias prioribus hæreticis Orcus submisit?

In Gallia potissimùm magnas animarum strages edidit Albigensium hæresis, quam præ cæteris S. Dominicus miraculis & gladio spiritûs, Monfortius verò, Dux belli sacri ab Innocentio III. indicti, vi armorum exterminatum ibant. In Italia A. 1260. pia flagris se cædendi consuetudo in superstitionem tandem, imò & hæresin, plures dein regiones hoc & sequenti seculo pervagatam, degeneravit.

6. Quid in Conciliis definitum est?

Præter alias Synodos, quæ contra hæreses, morúmque corruptelas pluribus in locis cogebantur, tria hoc quoque Seculo Concilia Oecumenica celebrata fuêre, nempe A. 1215. Lateranense IV. inter generalia XII. præsidente Innocentio III. ubi damnati Albigenses, aliíque hæretici. Cúmque primus ille Christianorum fervor Confessionis & Eucharistiæ Sacramenta frequentandi magis semper magísque

ein Ketzerisches Kriegs-Heer von hundert tausend Mann bey der Stadt Thoulouse aufs Haupt geschlagen, von dessen Reuterey ein eintziger, vom Fuß-Volck aber nur acht Mann gemisset worden.

4. Was für Länder seynd vom Heydenthum zur Christlichen Religion bekehrt worden?

Viel aus dem Orden S. Dominici und S. Francisci vom Apostolischen Stul in Griechenland, Norwegen, Bulgarey, Armenien, Indien, Aethiopien und Tartarey abgeschickte Apostolische Männer haben eine grosse Anzahl der Unglaubigen im Christlichē Gesetz unterrichtet. Honorius IV. hat, als er noch Bischoff zu Albano war, in Norwegen das Evangelium geprediget. Preussen ist durch die Teutsche Ordens-Ritter von dem Unglauben gesäubert worden.

5. Was für neue Hülffs-Völcker hat die Höll denen vorigen Ketzern zugeschickt?

Weil die Ketzerey der Albigenser sonderbar in Franckreich sehr viel Seelen zu Grund richtete, hat vor andern der Heil. Dominicus mit Wunderzeichen und mit dem Schwert des Geists, der Graf Montfort aber, als des von Innocentio III. angekündten heiligen Kriegs Feld-Oberster erwehnte Ketzerey mit Gewalt der Waffen auszureuten getrachtet. In Italien ist A. 1260. der sonst gottseelige Gebrauch sich selbst zu geißlen in einen Aberglauben, ja gar in eine Ketzerey, welche nachgehends mehr Landschafften in diesem und folgenden seculo ansteckte, verkehrt worden.

6. Was ist auf denen Conciliis ausgemacht worden?

Nebst andern Kirchen-Räthen, welche wider die Ketzereyen, verkehrte Sitten und Mißbräuch an vielen Orten versamlet worden, seynd gleichfalls in diesem Seculo drey allgemeine Concilia gehalten worden, nemlich A. 1215. das vierte Lateranensische, und zwölffte allgemeine, welchem Innocentius III. selbst vorgestanden, allwo die Albigenser samt andern Ketzern verdamt worden. Und weil jener erste Christliche Eifer die H. Sacramenten der Buß und des Altars zu empfangen

que refrigeſceret, lege cautum eſt, ut quisque ſemel ſaltem quotannis de peccatis confiteatur, menſæque Euchariſticæ circa feſta Paſchalia accumbat. A. 1245. In Concilio Lugdunenſi I. & Generali XIII. præſide Innocentio IV. Fridericus II. Imperator Eccleſiæ communione repulſus, decretáque inſuper eſt expeditio in terram ſanctam ductore S. Ludovico Galliæ Rege. A. 1274. in Lugdunenſi II. Generali XIV. præſidente itidem Papa Gregorio X. redintegrata Græcam inter & Latinam Eccleſiam concordia; quæ tamen haud diu viguit. Actum quoque de recuperanda Palæſtina &c.

7. Qui ſacri ritus inducti?

1. Urbanus IV. A. 1264. ſolemnitatem SS. Corporis Chriſti quotannis in Eccleſia univerſa ritu ſolemni celebrandam inſtituit, cui occaſionem dedit tum ingens illud miraculum, quo ſpecies Sacramentales in ſanguinem verſæ, tum B. Juliana Virgo Deo dicata, quæ hac de re jam antè divinitus erat edocta. 2. Ad Virginem Deiparam Archangeli verbis conſalutandam populus quotidiano æris campani pulſu excitatur. 3. S. Dominicus auctor aut certè propagator erat Roſarii, quod pietatis exercitium Deiparæ acceptiſſimum hominibus utiliſſimum. 4. Innocentius IV. Cardinales purpurei galeri inſignibus condecoravit, ut memores eſſent fundendi, ſi quando opus foret, ſanguinis quoque pro Eccleſiæ bono. 5. In Concilio Lugdunenſi II. accuratè præſcribitur, quid in *Conclavi* pro eligendo Pontifice obſervandum. 6. Bonifacius VIII. tiaram Pontificiam duplici coronamento circumdat, cui poſtea tertium addidit Urbanus V.

idqu

e länger je mehr abnahm, ward ein Gesatz gemacht, daß ein
eder wenigst einmahl im Jahr seine Sünden beichte, und
um die Oesterliche Zeit das Hochwürdige Sacrament des
Altars empfange. In dem ersten Lionischen und dreyze-
henden allgemeinen Concilio, dem A. 1245. Innocentius IV.
vorstund, ward Kayser Fridericus II. mit dem Kirchen-Bann
belegt, und die Creutzfahrt in das Heil. Land unter Anfüh-
rung des Heil. Ludwigs Königs in Franckreich beschlossen.
In der zweyten Lionischen und vierzehenden Allgemeinen
Kirchen-Versammlung, welcher A. 1274. Gregorius X.
ebenfalls persönlich vorstund, ward die Vereinigung der
Griechischen mit der Lateinischen Kirch zwar ausgewürckt;
daurete aber nicht lang. Man hat auch von Wiedererobe-
rung des heiligen Lands gehandlet rc.

7. Was für Catholische Gebräuch kamen auf?

1. Urbanus IV. hat A. 1264. das Fest des Fronleichnams in der gantzen Kirch hochfeyerlich zu halten befohlen, worzu er veranlasset worden theils durch jenes grosse Wunder, da nemlich die Sacramentalische Gestalten in Blut verwandelt worden, theils durch die Seelige Juliana eine Closter-Frau, der solches schon zuvor von GOtt ist offenbahret worden. 2. Das Volck wird durch täglich gegebenes Glocken-Zeichen ermahnet die Jungfräuliche Mutter GOttes mit den Worten des Ertz-Engels zu grüssen. 3. Der H. Dominicus war der Anfänger, oder wenigst ein Fortpflantzer der den Menschen so nutzlich, als Mariä angenehmen Andachts-Ubung des H. Rosen-Krantzes. 4. Pabst Innocentius IV. gab den Cardinalen einen rothen Hut, um selbe hierdurch zu erinneren, auch so gar das Blut, wofern es vonnöthen, für die Kirch GOttes zu vergiessen. 5. In dem zweyten Lionischen Kirchen-Rath ward alles genau verordnet, was bey Erwählung eines Pabsts in dem Wahl-Zimmer zu beobachten. 6. Bonifacius VIII. umgiebt die Päbstliche Haupt-Zierde mit einer zweyfachen Cron, dero hernach Urbanus V. die dritte

idque non oſtentationis, ſed pietatis ergo. 7. Auſtera admodum jejunii lex poſterioribus Seculis plurimùm mitigata eſt. Nam duodecim Seculis præcedentibus non ſolùm à piſcibus & lacticiniis, ſed à vino quoque & oleo, ac condimentis, ſale excepto, abſtinendum erat, ſoláque *xerophagia* ſive eſus aridorum, & quidem toto verni jejunii tempore non niſi poſt ſextam à meridie horam permiſſus erat. Hoc tamen Seculo conſuetudo invaluit, ut poſt horam tertiam pomeridianam corporibus cibus indulgeretur. 8. Sacræ *Inquiſitionis Officium* contra hæreticam pravitatem S. Dominico, Albigenſium hæreticorum malleo, demandatur. 9. Bonifacius VIII. annum *Jubilæum* 1300. ſolemniore ritu celebrandum indixit. 10. Iis, qui ſacro bello nomen dabant, peculiares *Indulgentiæ* ſunt conceſſæ.

8. *Quæ religioſa familiæ inſtitutæ ?*

1. Ordinem SS. Trinitatis redemptionis captivorum à S. Joanne de Matha & S. Felice Valeſio inſtitutum Innocentius III. A. 1198. vel certè 1209. confirmavit. 2. S. Franciſcus Aſſiſias A. 1208. Ordinis ſui, dein ab Innocentio III. & Honorio III. approbati, fundamenta jecit. 3. Ordinem Prædicatorum auctore S. Dominico confirmavit Honorius III. A. 1216. 4. Carmelitis circa montem Carmelum diſperſim degentibus B. Albertus Patriarcha Hieroſolymitanus ſub annum 1209. regulam conſcripſit, ab Honorio III. A. 1226. approbatam. 5. Ordinis B. Mariæ de Mercede redemptionis captivorum auctor eſt S. Petrus Nolaſcus, adjutoribus S. Raymundo Pennafortio & Jacobo I. Arago-

go-

ber gesetzt; und dieses zwar nicht aus einem eitlen, sondern gottseeligen Absehen. 7. Das sehr strenge Gebott zu fasten wird in den nachgehenden Zeiten merrklich gelindert. Dann in den vorigen zwölf Seculis mußte man sich an denen Fast-Tagen nicht nur von allen Fischen und Milch-Speisen rc. sondern auch vom Wein, Oel, und Gewürtz, das Saltz allein ausgenommen, enthalten; war auch nichts anders als dürre und trockne Sachen zu essen erlaubt, und zwar die gantze vierzig-tägige Fasten hindurch erst nach der sechsten Stund Nachmittags. Jedoch ist in diesem Jahr-Hundert der Brauch aufkommen, daß man um drey Uhr Nachmittag den Leib mit Speis zu laben gestattete. 8. Das Gericht der H. Inquisition wider die Ketzerische Irrthümer wird dem H. Dominico, jenem gewaltigen Bestürmer der Albigensischen Ketzerey übergeben. 9. Bonifacius VIII. hat das Jubel-Jahr 1300. feyerlicher zu begehen befohlen. 10. Jenen, so sich in den H. Krieg liessen einschreiben, wurden besondere Ablaß ertheilet.

8. Was seynd für geistliche Orden-Ständ aufkommen?

1. Den Orden der allerheiligsten Dreyfaltigkeit von Erlösung der Gefangenen haben die Heil. Johannes de Matha, und Felix de Valois eingeführt und Pabst Innocentius III. A. 1198. oder 1209. bestättiget. 2. Der Heil. Franciscus von Assisi hat A. 1208. zu seinem Orden, den hernach Innocentius III. und Honorius III. bestättiget, den Grund gelegt. 3. Den vom Heil. Dominico gestifften Prediger-Orden hat Honorius III. A. 1216. gut geheissen. 4. Den Carmelitern, welche zuvor einsam und zerstreuet um den Berg Carmelus herum wohnten, hat der Seel. Albertus Patriarch zu Jerusalem um das Jahr 1209. Ordens-Satzungen fürgeschrieben, welche hernach Honorius III. Anno 1226. genehm gehalten. 5. Stiffter des Ordens unser lieben Frauen von Erledigung der Gefangenen war Petrus Nolascus mit Beyhülff des H. Raymundi von Pennafort,

gonum Rege. 6. Ordo Servorum B. V. Mariæ A. 1233 originem duxit à ſeptem nobilibus Florentinis. 7. Alexander IV. plures Eremitarum congregationes A. 1256. in unum corpus & Ordinem redegit, S. Auguſtini regulam ſub uno capite profitentem. 8. Cæleſtini Cæleſtinum V. Papam, Silveſtrini B. Silveſtrum Guzolinum, Eremitæ S. Pauli primi anachoretæ Euſebium Strigonio Hungariæ urbe oriundum religioſæ familiæ ſuæ ducem ac parentem venerantur. Hic tamen ordo Paulinorum ſequenti primum Seculo à Joanne XXII. confirmatus eſt A. 1328.

9. Qui celebratiores Sancti & Doctores?

Præter Ordinum conditores jam memoratos S. Antonius Patavinus, S. Engelbertus Archiepiſcopus Colonienſis, S. Edmundus Archiepiſcopus Cantuarienſis, S. Hyacinthus, S. Thomas Aquinas, S. Bonaventura, S. Ludovicus Galliæ Rex, B. Albertus Magnus, S. Clara, S. Eliſabetha, S. Hedwigis, S. Margarita Cortonenſis &c.

10. Quibus miraculis orthodoxa Religio illuſtrata eſt?

Præter plurima, maximáque miracula à SS. Dominico, Franciſco, Antonio, Hyacintho, aliísque patrata, atque à S. Bonaventura, Jacobo de Vitriaco, Thoma Cantipratano &c. litteris mandata, notiſſimum eſt illud de mulo tres ipſos dies impaſto, non ad pabulum ab hæretico Bonovillo porrectum, ſed ad Euchariſtiam à S. Antonio Patavino monſtratam accurrente, demiſsóque eam capite ac flexis poplitibus adorante. Item de ſchedula, in quam S. Dominicus Fidei Catholicæ capita retulit, ab

hæ-

und Jacobi I. Königs in Aragonien. 6. Die Serviten oder Diener unser lieben Frauen nahmen A. 1233. ihren Ursprung von sieben edlen Florentinern. 7. Alexander IV. hat A. 1256. aus verschiedenen Gattungen der Einsidler einen einzigen Orden, der sich zur Regel des Heil. Augustini unter einem Ober-Haupt bekante, versammlet und bestättiget. 8. Die Cälestiner verehren als ihren Vatter und Stiffter den Heil. Cälestinum V. Römischen Pabst, die Silvestriner den Seel. Silvestrum Guzolinum, die Eremiten des H. Pauli ersten Einsidlers Eusebium, zu Gran in Ungarn gebürtig. Jedoch ist dieser Orden der Pauliner erst im folgenden Seculo von Johanne XXII. bestättiget worden A. 1328.

9. Welche seynd die berühmtere Lehrer und Heilige?

Nebst erst erwehnten Orden-Stifftern S. Antonius von Padua, S. Engelbert Ertz-Bischoff zu Cölln, S. Edmundus Ertz-Bischoff zu Cantelberg, S. Hyacinthus, S. Thomas von Aquin, S. Bonaventura, S. Ludwig König in Franckreich, der Seel. Albertus der Grosse, S. Clara, S. Elisabeth, S. Hedwig, S. Margarita von Cortona rc.

10. Mit was für Wunderzeichen ist der wahre Glaub scheinbar gemacht worden?

Nebst sehr vielen und grossen Wunderthaten, welche die Heil. Dominicus, Franciscus, Antonius, Hyacinthus, und andere gewürcket, und S. Bonaventura, Jacobus de Vitriaco, Thomas Cantipratanus rc. aufgezeichnet, ist sonders berühmt jenes Wunder mit einem Maul-Esel, welcher, ob er schon drey gantze Tag ward ausgehüngeret, ist er doch nicht dem von seinem Ketzerischen Herrn Bonovill fürgeschütteten Futter, sondern dem vom H. Antonio von Padua gezeigten Altars-Sacrament zugeloffen, welches er mit tieff geneigtem Kopff und gebognen Beinen hat angebettet. Ingleichen mit jenem Zettel, worauf der Heil. Dominicus die Catholische Glaubens-Puncten verzeichnet, den die Albigensische

Ketzer

hæreticis Albigensibus semel, iterum ac tertiò in ignen conjecta, sempérque illæsa.

Seculum XIV.

1. *Qui Pontifices rexêre Ecclesiam?*

193. Bened. XI. *ad*	1304	198. Innocent. VI. *ad*	1362
194. Clemens V.	1314	199. Urbanus V.	1370
195. Joan. XXII.	1334	200. Gregorius XI.	1378
196. Bened. XII.	1342	201. Urbanus VI.	1389
197. Clemens VI.	1352	202. Bonifacius IX.	1404

2. *Quid de his Pontificibus summatim dicendum?*

Omnes doctrina zelóque animarum, plerique etiam vitæ sanctimonia præstabant, quos inter Benedictus XI. (re ipsa X. cùm Joannes Mincius, qui A. 1058. per menses aliquot Pontificatum, noménque Benedicti X. sibi arrogabat, Pseudopapa fuerit) pluribus à morte miraculis claruit. Clementi tamen V. vitio vertitur, quod Philippi IV. Galliæ Regis inductu sedem Pontificiam Roma Avenionem transtulerit, ubi annis ampliùs septuaginta, quos Itali cum captivitate Babylonica comparabant, Romani Pontifices quasi peregrè agebant, magno rei Christianæ, ipsiúsque adeò Galliæ detrimento. Statuerat quidem Urbanus V. sanctitate & miraculis clarus, sedem Pontificiam Romam transferre, sed morte præreptus id negotii Gregorio XI. successori suo, virtute pariter & doctrina eximio, relinquere cogebatur. Huic ritè successit Urbanus VI. Neapolitanus, qui, cùm esset justitiæ, temperantiæ aliarúmque virtutum, ac disciplinæ potissimùm Ecclesiasti-

Ketzer zu dreymalen in das Feuer geworffen doch jederzeit
ohne geringste Verletzung.

Das vierzehende Jahr-Hundert.

1. Was für Päbst haben regirt?

93. Benedict. XI. bis	1304	198. Innocent. VI. bis	1362
94. Clemens V.	1314	199. Urbanus V.	1370
95. Johannes XXII.	1334	200. Gregorius XI.	1378
96. Benedictus XII.	1342	201. Urbanus VI.	1389
97. Clemens VI.	1352	202. Bonifacius IX.	1404

2. Was ist von diesen Päbsten zu melden?

Alle waren an Gelehrtheit und Seelen-Eifer, die meiste
uch an Heiligkeit des Lebens berühmt. Aus diesen hat
Benedictus XI. (von Rechts wegen X. weil Johannes Min-
ius, welcher A. 1058. etlich Monat lang sich des Pabst-
hums und Nahmens Benedicti X. anmaßte, nur ein After-
Pabst war) mit vielen Wunderzeichen nach seinem Hintritt
eleuchtet. Clementi V. deutet man sehr übel aus, daß er
us Anstifftung Philippi IV. Königs in Franckreich den
äbstlichen Stul von Rom gen Avignon übersetzt, woselbst
ie Römische Päbst über siebenzig Jahr, welche die Italiä-
er mit der Babylonischen Gefangenschafft zu vergleichen
flegten, gleichsam in der Fremde sich aufgehalten, mit gros-
em Nachtheil der gantzen Christenheit, ja so gar auch Franck-
eichs selbst. Es war zwar Urbanus V. ein an Heiligkeit und
Wunderzeichen sehr berühmter Pabst gäntzlich entschlossen
ie Päbstliche Residentz wieder nach Rom zu versetzen; weil
ber der Tod darzwischen kommen, mußte er dieses Geschäfft
einem Stul-Erben Gregorio XI. einem gleichfalls an Ge-
ehrtheit und Tugend fürtrefflichē Pabst auszumachen über-
assen. Auf diesen folgte durch rechtmäßige Wahl Urba-
us VI. ein Neapolitaner, welcher, weil er selbst der Gerech-
gkeit, Mäßigkeit und anderer Tugenden, sonderbar aber

cæ obſervantiſſimus, taléſque prorſus eſſe vellet Ca dinales ſuos omnes, horum mores acriùs liberiúsq redarguit. Unde exacerbati Cardinales præcipu Gallicani, ſeceſſione facta, Antipapam creant, Cl mentem VII. dictum, ſecúmque Avenionem ded cunt, tametſi Urbanum VI. toto ſemeſtri coluerint verum Papam. Atque hoc pacto ſchiſma confl tum eſt omnium teterrimum quadraginta fermè ann rum, Pontificibus aliis Romæ, aliis Avenione ſeden tibus. Mortuo Urbano VI. Romæ ſurrogatus eſt Bo nifacius IX. Clementi verò Pſeudopapæ Avenion ſuppoſitus eſt Petrus de Luna, qui Benedicti XII. nomen uſurpans, triginta ipſos annos in ſchiſmate ob ſtinatè perſtitit, eique immortuus eſt.

3. *Quis Eccleſiæ ſtatus?*

Cùm Orcus omnibus ſuis machinis ad eam usqu diem adhibitis nil quidquam profeciſſet, novos lon géque vehementiores tentavit aſſultus, excitando ſchiſ ma multò exitioſiſſimum, ex quo lites, diſcordiæ, fa ctiones, animorum diſſenſiones, maláque innumera & quod caput eſt, morum ac diſciplinæ Eccleſiaſtica corruptela ingens; ut proinde, ſi humanæ rationi trutina rem examinemus, Eccleſia, uti antea ſæpius ita hoc maximè tempore everti debuiſſet, niſi ædifica ta eſſet *ſupra petram* prorſus immobilem.

4. *Quæ gentes Chriſtianis ſacris initiatæ?*

1. Jagello Lithvaniæ Dux ſacro fonte luſtratus Lithvanos & Samogitas verbo & exemplo ad Chri ſtum perduxit. 2. Boſnia cum Principe Stephano, regnum

der Kirchen-Zucht sehr beflissen war, auch alle seine Cardinäl hierinfalls ihm gantz gleich zu seyn verlangte, hat er ihre Sitten was schärffers und freyers bestraffet. Wodurch die Cardinäl, sonderbar die gebohrne Frantzosen, sehr erbittert, sich ingeheim versammlet, und einen Gegen-Pabst, der sich Clemens VII. nennte, aufgeworffen, und mit sich gen Avignon geführt, obschon sie Urbanum VI. vor einen rechtmäßigen Pabst 6. Monat lang erkennet hatten. Hieraus entstund jene greuliche Kirchen-Spaltung, welche fast vierzig Jahr währte, da andere Päbst zu Rom, andere zu Avignon sassen. Nach dem Tod Urbani VI. ward zu Rom Bonifacius IX. zu Avignon aber nach des Affter-Pabsts Clementis VII. Hinscheiden Petrus de Luna erwählet, welcher unter dem Nahmen Benedicti XIII. dreyßig gantzer Jahr in der Trennung und Affter-Pabstthum hartnäckig verharret, und darinn gestorben.

3. Wie stund es um die Kirch?

Weil die Hölle bis dahin mit aller ihrer Macht und Gewalt nichts kunte ausrichten, wagte sie einen neuen und weit hefftigern Sturm, durch Anzettlung einer höchst schädlichen Kirchen-Spaltung, woraus dann allerhand Zanck, Hader, Mißverständnus, Meuterey, Trennung der Gemüther, Unheil ohne End, und was das meiste, die Verderbung der Sitten und guten Kirchen-Zucht entstanden; daß demnach menschlicher Weise davon zu reden, die Kirchen wie zuvor öffters, also bevorab zu dieser Zeit hätte unterübersich müssen gekehrt werden, dafern sie nicht auf einen gantz unbeweglichen Felsen wären erbauet.

4. Was für Völcker seynd im Christlichen Glauben unterrichtet worden?

1. Jagello Groß-Hertzog in Lithauen empfieng die Heil. Tauff, und bekehrte mit Wort und Beyspiel die Lithauer und Samogiter zu Christo. 2. Bosnien wird samt seinem Fürsten

Ste-

regnum item Congenſe in Africa Chriſto ſubjicitur.

5. Quinam lupi hæretici inſidiati potiſſimùm ſunt Chriſti ovili?

Joannes Wicleffus Sacerdos Anglus, homo arrogans & ambitioſus, Vigornienſi Epiſcopatu non impetrato, in rabiem actus, virus ſuum in Chriſti vicarium & Eccleſiam ſub annum 1372. cœpit evomere. Hæreſiarcha hic, Lutheri & Calvini prodromus, impugnabat *transſubſtantiationem*, verámque Chriſti in Euchariſtia præſentiam, ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium, hierarchiam Eccleſiaſticam, liberum hominis arbitrium, invocationem Sanctorum, venerationem imaginum, Indulgentias, vota monaſtica &c. Ejus oſſa ex Concilii Conſtantienſis decreto refoſſa, exuſtáque ſunt, cineribus in profluentem abjectis.

6. Quæ Concilia coacta?

Præter *particularia*, generale XV. Viennæ Allobrogum præſidente Clemente V. A. 1311. celebratum eſt, ubi Beguardi, Beguini, Fraticelli, aliíque hæretici condemnati, actúmque denuò de expeditione in terram ſanctam. Extinctus item Ordo Templariorum, criminibus manifeſtis convictorum, horúmque fortunæ Equitibus Melitenſibus partem maximam attributæ. Clementem porro V. Regémque Franciæ à Templariorum Magiſtro, dum rogo imponeretur, ad DEI tribunal citatos fuiſſe, fabula eſt.

7. Qui ſacri ritus introducti fuère?

1. Pompa ſolemnis, publicáque ſupplicatio Feſto

Theo-

Stephans Christo unterwürffig gemacht, wie auch das Königreich Congo in Africa.

5. Was für Ketzerische Wölf haben dem Schaf-Stall Christi besonders nachgestellt?

Johann Wicleff ein sehr übermüthig- und ehrgeitziger Priester in Engelland, ward, weil er das Bißthum Worchester nicht erhalten, gantz rasend, und goß wider den Statthalter Christi und Kirch GOttes all sein Gifft aus um das Jahr 1372. Dieser Ertz-Ketzer, welcher ein Vorläuffer Luthers und Calvins war, spitzte sein Feder wider die wesentliche Verwandlung und wahre Gegenwart Christi in dem H. Altars-Sacrament, wider das hochheilige Meß-Opffer, Kirchen-Regiment, freyen Willen des Menschen, Anruffung der Heiligen, Verehrung ihrer Bildnussen, wider die Ablaß, und Ordens-Gelübd ꝛc. Seine Gebein wurden aus Verordnung des Concilii zu Constantz wieder ausgegraben, und verbrennt, die Aeschen aber in das rinnende Wasser geschüttet.

6. Was seynd für Kirchen-Räth versammlet worden?

Nebst den sonderbaren ist das fünfzehende allgemeine Concilium, welchem Pabst Clemens V. in eigner Person vorgesessen, zu Wien im Dauphiné A. 1311. gehalten worden. Die Beguarden, Beguinen, Fraticelli und andere Ketzer wurden verdammt. Es ward auch gehandelt von einem abermaligen Creutz-Zug in das Heil. Land, und wurde der Orden der Tempel-Herren, nachdem man sie offentlicher Laster hat überzeugt, völlig ausgetilgt, ihre Güter aber meistentheils denen Malteser-Rittern überlassen. Doch ist eine Fabel, daß Clemens V. samt dem König in Franckreich von dem Groß-Meister der Tempel-Herren, da selber zum Scheiter-hauffen verurtheilt wurde, für GOttes Gericht seye gefordert worden.

7. Was seynd für Kirchen-Gebräuch eingeführt worden?

1. Der feyerliche Umgang an dem Fronleichnams-Fest wird

Theophoriæ ab universo orbe Christiano DEO Eu-
charistico adornanda decernitur in Concilio Vien-
nensi. 2. Clemens VI. Jubilæum annis quinquagenis
Urbanus VI. verò ternis ac tricenis circumscripsit &c.

8. Qui sacrorum Ordinum conditores?

1. Ordinem Olivetanum instituit B. Bernardu
Ptolemæus Nobilis Senensis; 2. Ordinem verò Je-
suatorum B. Joannes Columbinus, à Clemente IX
postea extinctum. 3. S. Birgitta vidua, illustrissimi
orta natalibus, initium fecit Ordini à S. Salvator
III. A. 1521. in Comitiis Wormatienſibus Carolu V. Imperator, ſummi Pontificis ſententiam exſecutu rus, ſubſcribentibus cæteris Imperii Ordinibus, Lu therum, utpote non *hominem, ſed diabolum ipſum ſu hominis ſpecie, qui ad humani generis perniciem hæreſun pridem rejectarum ſordes & purgamenta in unam quaſi con geſſiſſet ſentinam, & ſub Euangelicæ profeſſionis nomin omnem Euangelicam pacem & charitatem penitus peſſunda re moliatur &c.* proſcripſit, ejúsque tanquam pervica ciſſimi hæretici libros peſtiferos publico igne aboler juſſit. Hunc tamen Hæreſiarcham ab Eccleſia & Im perio proſcriptum Fridericus Saxoniæ Elector à per ſonatis militibus in arcem Wartenburgenſem clàm ab ducendum curavit, ubi novem ampliùs menſes delite ſcens, perliberaliter eſt habitus, Lutheri interim ſecta toribus ubique tumultuantibus, ducémque & cory phæum ſuum Cæſaris juſſu contra datam fidem publi cam ex itinere clàm interceptum ac trucidatum fuiſſe calumniantibus, Lutherus porrò in aſylo ſuo War tenburgenſi minas omnes & fulmina Papæ juxtà ac Cæſaris ridens, & nec DEum nec homines penſi ha bens, non pauca, æternis condenda tenebris, elucu bravit diabolo Magiſtro, ex cujus diſciplina & inſti tutione *Miſſam*, ſacroſanctum illud & unicum novæ Legis ſacrificium, ſe abrogâſſe, ultro ipſe faſſus, imò & gloriatus eſt.

IV. Cùm

Weltliche Häupter, mit unzahlbaren Lugen, Verleumdungen, selbst eignen Widersprechungen, lotterbübischen Zotten, garstigen Schand-Reden und Unflätereyen angefüllte Bücher in Druck ausgehen.

III. Im Jahr 1521. hat der Kayser Carolus V. auf dem Reichs-Tag zu Worms um das vom Pabst gefällte Urtheil zu vollziehen, mit Beystimmung der übrigen Reichs-Ständen, den Luther als einen, der kein Mensch/ sondern der Teuffel selbst in Menschlicher Gestalt/ welcher zum Verderben des Menschlichen Geschlechts den Unflat und Kehr-Koth der vorlängst verworffenen Ketzereyen gleichsam in ein Schwind-Grub zusammen geschüttet/ und unter dem Nahmen der Evangelischen Bekäntnus allen Frieden und Evangelische Liebe zu zerstören und gäntzlich zu vertilgen sich bemühet ꝛc. in die Reichs-Acht erkläret, auch dessen, als eines verstocktesten Ketzers, pestilentzische Schrifften und Bücher öffentlich zu verbrennen befohlen. Doch hat diesen mit dem Kirch- und Reichs-Bann belegten Ertz-Ketzer Friedrich Churfürst zu Sachsen durch etliche verkleidete Reuter heimlich auf das Schloß Wartenburg in Sicherheit bringen lassen, woselbst er über 9. Monat verborgē gewesen, und sehr wohl verpflegt worden, da indessen des Luthers Anhänger überall grossen Lärmen machten, und fälschlich aussprengtē, der Kayser hätte wider das gegebene Wort des freyen Geleits den Luther unterwegs heimlich auffangen, und grausam ermorden lassen. Entzwischen hat Luther in seiner Wartenburgischen Freyung alle Drohungen und Bann-Strahlen des Pabsts so wohl als des Kaysers nur verlacht, und weder nach GOtt, noch Menschen was gefragt, sondern viel Ketzerische Läster-Schrifften, die in ewiger Finsternus hätten sollen vergraben ligen, ans Tag-Liecht herfür gebracht aus Eingebung des Teuffels seines Lehrmeisters: wie er dann öffentlich bekennt, ja so gar auch sich hat rühmen dörffen, daß er durch Ermahn- und Unterweisung des Teuffels die Meß, jenes allerheiligste und einzige Opffer des neuen Testaments, habe abgeschafft.

IV. Als

IV. Cùm in binis conventibus A. 1523. & 1524 Norimbergæ celebratis Legatus Pontificius vehementer instaret, novitii ut errores abolerentur, responsum non aliud tulit, quàm causam hanc in Concilio generali disceptandam esse. Interim mali contagio latiùs indies serpebat. Cúmque Leonardus Koppen Lutheri jussu novem moniales, quas inter Catharina de Bore, è parthenone Nimicensi ipsa die Parasceves Wittembergam secum avexisset, Lutherus sacrilegum raptorem oratione panegyrica celebrare, & cum Christo, animas ex inferis educente comparare est ausus: quin etiam, ut sacrilegium sacrilegio cumularet, Monachus Monialem, Catharinam de Bore, infame illud scortum in concubinam, quoad vixit, sibi ascivit. Cujus facti, capitali supplicio digni, immanitate ipsi adeò Lutherani summopere offendebantur.

V. A. 1530. Confessionem Augustanam, ex variis hæresum pridem damnatarum centonibus, fraudibus, mendaciis, & calumniis confutam & Cæsar, & Imperii Ordines plerique omnes tanquam *doctrinam factiosam, perniciosam, & jam olim reprobatam* condemnârunt, uti Melanchthon ipse, qui Confessionem illam cudebat, iterúmque ac sæpiùs recudebat, hunc in modum dolenter conqueritur: *In Comitiis Augustanis tristi & atroci sententia damnati sumus.* Quem tamen Lutherus per litteras his verbis solabatur: *Si vim evaserimus, pace obtenta, postea dolos, mendacia & lapsus nostros facilè emendabimus.* Horum veteratorum dolis ac mendaciis fraudulenter circumventam se fuisse serò quidem (paulò nempe ante mortem) sed seriò doluit Joannes Saxoniæ Elector, tantus exinde Lutheri, Confessionisque Augusta-

nae

IV. Als der Päbstliche Abgesandte auf denen A. 1523. und 1524. zu Nürnberg gehaltenen Reichs-Conventen sehr auf die gäntzliche Abschaffung der neüen Irr-Lehren drang, bekam er kein andere Antwort, als daß man diesen Handel auf einem allgemeinen Concilio müsse austragen und entscheiden. Entzwischen nahm das Ubel von Tag zu Tag mehr überhand. Und als Leonhard Koppen aus Geheiß des Luthers neun Closter-Frauen, worunter auch Catharina von Bore, aus dem Closter Nimmtsch am heiligen Charfreytag selbst mit sich nacher Wittenberg weggeführt, hat Luther dem gottsrauberischen Entführer zu Ehren eine öffentliche Lob-Predig gehalten, und selben mit Christo, wie er die Seelen von der Vorhöll mit sich heraus genommen verglichen. Ja damit die Gottlosigkeit verdoppelt wurde, hat dieser GOtts-vergessene Ehr- und Treulose ausgesprungene Mönch, eine ausgesprungene Nonne, Catharina von Bore nemlich, jenen verschreyten Schleppsack zum Weib genommen, und mit ihr bis in Tod in Gottsschänderischer Unzucht gelebt. Uber welche ungeheure, Tods-werthe, und Henckermäßige Schand-That sich so gar die Lutheraner selbst höchstens geärgert.

V. Im Jahr 1530. ist die aus allerhand längst verworffenen Ketzerischen Lumpen, Betrügereyen, Lügen und Lästerungen zusammen geflickte Augspurgische Confession von dem Kayser und fast allen Reichs-Ständen als eine aufrührige, verführige und hiebevor verdammte Lehr verworffen und verdammt worden, wie solches Melanchthon selbst, als welcher gemeldte Confession geschmiedet, und zum öfftern wieder umgeschmiedet, mit diesen Worten gantz wehemüthig bejammert: *Auf dem Reichs-Tag zu Augspurg ist über uns ein Trauer-volles und sehr scharffes Urtheil gefället worden.* Den jedoch Luther in einem Send-Schreiben folgender massen getröstet: *Wann wir friedlich davon kommen, alsdann wollen wir unsere Betriegereyen, Lügen und Fehler leichtlich verbessern.* Daß durch jetzt erwehnter Verführer Betriegereyen, und Lügen Johann Churfürst zu Sachsen schändlich seye hinter das Liecht geführet worden, hat er selbst zwar spat, nemlich erst vor sei-

næ osor & hostis, quantus nuper fautor ac patronus erat. De origine porrò *Protestantium*, de fœdere Smalcaldico, de formula Religionis *Interim*, de Transactione Passaviensi, pacéque Religiosa &c. in opusculo III. P. 4. c. 4. mentio facta est.

VI. Anno 1525. Badenæ Helvetiæ urbe Joannes Faberl, Constantiensis Episcopi Vicarius Generalis, Joannes Eckius, & Thomas Murnerus contra Oecolampadium, Hallerum & Studerium (nam Zwinglius disputationem detrectabat) congressi, crassissimos sectæ Zwinglianæ errores tam evidentibus argumentis confutârunt, ut duodecim *Cantonum* legati uno omnes consensu eam rejecerint. Soli Tigurini Zwinglio, impio illi & sanguinario Hæresiarchæ adhæserant, quos A. 1528. secuti Bernates, ferventes olim Catholici, tum Basileenses, Scaphusiani, Sangallenses &c.

7. *Quæ pia consuetudines, aliaque ordinationes?*

1. Paulus IV. magnæ sanctitatis & doctrinæ Pontifex, fidei morúmque integritati consulturus, librorum prohibitorum Indicem promulgavit. 2. S. Pius V. ob eximiam vitæ sanctitatem, nec minorem doctrinam, omnium acclamatione divinitus electus, constituit, ut ad Missæ finem S. Joannis Euangelium, pro quo illud S. Lucæ: *Loquente JEsu ad turbas &c.* licebat antea substituere, ab omnibus deinceps Sacerdotibus diceretur. Ex quo tempore magorum, sagarum, incuborum, lémurum &c. insectationes plurimùm sunt repressæ. 3. Idem Pontifex sanctissimus Festum B. V. Mariæ de Victoria, sive Rosarii, prima Octobris Dominica quotannis celebrandum

nem Hinscheiden, jedoch ernstlich bedauret, welcher forthin den Luther und Augspurgische Confession so sehr hassete, und anfeindete, als sehr er unlängst zuvor beyde schützte und verthädigte. Vom Ursprung der Protestanten, von dem Smalkaldischen Bund, von dem so genannten Interim, vom Passauischen Vertrag und Religions-Frieden ist im dritten Wercklein vierten Theil, vierten Capitel Anregung geschehen.

VI. Im Jahr 1525. haben zu Baden einer Stadt in der Eidgenoßschafft Johann Faber General-Vicarius zu Constantz, Doctor Johann Eck, und Thomas Murner in einer mit Oecolampadio, Haller und Studer gehaltenen Disputation, vorbey der Zwingel nicht wolte erscheinen, die grobe Irrthümer der Zwinglischen Sect so handgreifflich widerlegt, daß die Abgesandte der zwölff Cantonen selbe einhellig verworffen. Die Zürcher allein hielten es mit dem gottlosen und blutgierigen Ertz-Ketzer Zwingel. Ihnen folgten A. 1528. die vor diesem gut Catholische Berner, nachgehends auch die Baßler, Schaffhauser, Sanct-Galler ꝛc.

7. Was für gute Gebräuch seynd nebst andern Verordnungen aufkommen?

1. Paulus IV. ein heiliger und gelehrter Pabst ließ ein Register und Verzeichnus der verbottenen Bücher kund machen, um hierdurch den wahren Glauben so wohl als gute Sitten in ihrer Reinigkeit zu erhalten. 2. S. Pius V. welcher wegen seiner ausbündigen Heiligkeit, und nicht minderer Gelehrtheit aus GOttes Anschickung einhellig zum Pabst erwählt worden, verordnete, daß zu End der Heil. Meß, S. Johannis Evangelium, für welches man zuvor auch jenes des H. Lucä: Loquente JEsu ad turbas &c. nehmen durfte, von allen Priestern solte abgelesen werden. Von welcher Zeit an die feindliche Nachstellungen der Zauberer, Hexen, Trutten, Polter-Geister ꝛc. sehr seynd gehemmet worden. Höchst erwehnter heiligste Pabst hat das Fest Mariæ de Victoria oder des H. Rosen-Krantzes am ersten Sonntag im October alljährlich zu halten verordnet zu einem ewigen Gedenckzeichen jenes wider die Türcken bey Lepanto nicht so

dum instituit ad perenne monumentum victoriæ celeberrimæ de Turcis non tam armis, quàm fusis ad DEum precibus, ad Naupactum A. 1571. reportatæ, quam ea ipsa, qua obtenta est, hora divinitus cognovit. 4. Gregorius XIII. Pontifex verè Optimus Maximus, déque Christiana republica universa quàm optimè meritus, inter alia opera præclara prorsus, tantóque digna Pontifice, etiam Calendarium emendandum curavit, expunctis mense Octobri A. 1582. diebus decem, translatóque æquinoctio verno ab undecimo ad vicesimum Martii diem, à Concilii Nicæni Patribus præstitutum. Ac licèt emendatio hæc orbi Christiano universo non utilis tantùm, sed omnino necessaria fuerit; maluêre tamen Novatores *stylo veteri*, hoc est, inveteratæ suæ pervicaciæ contumaciter inhærere, & in errore hoc, utut satis supérque cognito (perinde nempe atque in hæresi sua) obstinatè perseverare, quàm cum Papa sentire; qui tamen hac in re nil nisi communem omnium utilitatem ac necessitatem, ipsiúsque adeò Nicænæ Synodi ordinationem spectabat: quoad tandem A. 1700. quando Calendarium utrumque diebus undecim discrepare jam cœpit, plerique omnes Calendarium Gregorianum recepêre; licèt non sine nova, eáque frivola prorsus exceptione, ab omnibus, rerum intelligentibus, meritò explodenda 5. Sodalitates Marianæ Romæ A. 1563. à Joanne Leonio S. J. in scholas ejusdem Societatis introductæ sunt insigni prorsus juventutis & aliorum bono. 6. Triduo Bacchanalium in templis S. JESU 40. horarum comprecatio ingenti animarum lucro institui cœpta &c.

8 Qui Ordines Religiosi recens conditi?

Dum communis & implacabilis humani generis hostis

fast durch Waffen als eifriges Gebett A. 1571. erfochtenen Welt-berühmten Siegs, welchen der heiligste Vatter eben zu jener Stund, da selber erhalten worden, durch Göttliche Offenbahrungen innen wurde. 4. Gregorius XIII. einer der besten und grösten Päbst, der sich um die gesamte Christenheit sehr wohl verdient gemacht, hat nebst andern fürtrefflichen und einem so grossen Pabst höchstwürdigen Unternehmungen auch die Verbesserung des Calenders glücklich zu End gebracht. Ließ demnach vom Monat October des 1582. Jahrs zehen Tag abziehen, und versetzte das Frühlings-Æquinoctium, oder Zeit, da Tag und Nacht gleich, vom eilften auf den 21. Tag des Mertzen, wie es vom Nicänischen Concilio ward angeordnet. Und obschon diese Verbesserung der gesamten Christenheit nicht nur sehr nutzlich, sondern fast nothwendig war, haben doch die Sectirische Neuerungs-Stiffter lieber wollen auf ihrem alten Stylo, das ist, auf ihrer schon veralteten Hartnäckig- und Widerspenstigkeit halsstarrig beharren, und in diesem nur gar zu wohl erkannten Fehler, eben wie in ihren Ketzerischen Irrthümern, fortfahren, als mit dem Pabst einerley Meynung werden; der doch hierinnfalls nichts anders als den allgemeinen Nutzen, Noth und Angelegenheit, wie auch den Ausspruch und Anordnung des Heil. Nicänischen Concilii vor Augen hatte: bis endlich A. 1700. da beyde Calender allbereit eilf Tag von einander unterschieden waren, die meiste aus ihnen den Gregorianischen Calender angenommen; wiewohl nicht ohne neuen gantz ungegründeten Ausnahm und Vorbehalt, worüber alle Gelehrte, und der Sach Verständige billig lachen müssen. 5. Die Marianische Sodalitäten seynd zu Rom A. 1563. von Joanne Leonio S. J. in die Schulen der Gesellschafft JEsu zu grossem Nutzen der Jugend so wohl, als anderer eingeführt worden. 6. An den letzten drey Fastnacht-Tagen wird in denen Kirchen der Gesellschafft JEsu das 40. stündige Gebett mit häuffigem Seelen-Frucht angestellet.

8. Was seynd für geistliche Ordens-Ständ gestifftet worden?

Als der allgemeine und unversöhnliche Ertz-Feind des

hoſtis per Lutherum, Calvinum, Zwinglium, aliósque Orci fœderatos diſciplinam, & vota Monaſtica penitus abolere parat, DEus plures hoc Seculo religioſas familias, tanquam legiones recentibus armis, viribúsque inſtructas, militanti Eccleſiæ ſuppetias miſit, quæ horrendam animarum ſtragem, damnáque, à fœdifragis illis religioſæ & Chriſtianæ militiæ deſertoribus illata, reſarcirent. Has inter 1.) confirmatus eſt à Clemente VII. A. 1524. Ordo Clericorum Regularium, quem S. Cajetanus & Petrus Carafa Epiſcopus primùm Theatinus (unde *Theatini* cognominati) dein Papa Paulus IV. dictus, condidêre. 2.) Ordo Minorum S. Franciſci Capucinorum itidem approbatus A. 1528. à Clemente VII. uti & 3.) Ordo Minorum S. Franciſci de *ſtrictiori Obſervantia*, quos & *Recollectos* vocant A. 1532. nec non 4. Congregatio Clericorum Regularium S. Pauli, qui & Barnabitæ dicuntur A. 1533. 5.) Paulus III. A. 1540. confirmavit Societatem JESU, à S. Ignatio de Loyola inſtitutam. 6.) S. Pius V. A. 1568. Congregationem Clericorum Regularium S. Majoli ſive de Somaſcha, cujus auctor B. Hieronymus Æmilianus, item 7.) A. 1572. Ordinem Fratrum hoſpitalitatis à S. Joanne de Deo fundatum approbavit. 8.) Gregorius XIII. A. 1575. Congregationem *Oratorii* à S. Philippo Nerio inſtitutam, & 9.) A. 1580. Ordinem Carmelitarum diſcalceatorum à S. Tereſia & S. Joanne à Cruce & priſtinam S. Alberti regulam reductum, 10.) Sixtus V. A. 1585. Congregationem Clericorum miniſtrantium infirmis, & 11.) A. 1586. Congregationem Fulienſem ſtrictioris obſervantiæ Monachorum Ordinis Ciſtercienſis, 12. Cle-

Menschlichen Geschlechts durch den Luther, Calvin, Zwingel, und andere seine Bunds-Genossen die Clösterliche Zucht und Ordens-Gelübde gäntzlich abzuthun sich bemühete, hat GOtt in diesem Jahr-Hundert mehr heilige Ordens-Stånd, als neu aufgerichte, und frisch ausstaffirte Regimenter der streitenden Kirch zu Hülff geschickt, welche die von jenen Glaub- und Gelübd-brüchigen Uberläuffern erschreckliche Niderlag so vieler Seelen, und zugefügten Schaden wiederum ersetzten. Aus diesen ward 1.) bestättiget von Clemens VII. A. 1524. der Orden der Regulirten Priester, den der H. Cajetanus und Petrus Carafa anfangs Bischoff zu Theate (dahero sie Theatiner genannt werden) nachgehends Pabst Paulus IV. mit Nahmen gestifftet. 2.) Des Heil. Francisci Capuciner-Orden, A. 1528. gleichfalls von Clemens VII. wie auch 3.) A. 1532. der Orden der Minderen Brüder von der strengeren Observantz, die man auch Recollecten nennet; ingleichen 4.) A. 1533. die Versammlung der Regulirten Priester St. Pauli, insgemein die Barnabiten genannt. 5.) Von Paulo III. A. 1540. die Gesellschafft JEsu, dero Stiffter der Heil. Ignatius von Loyola. 6.) Von dem Heil. Pio V. A. 1568. die Versammlung der Regulirten Priester St. Majoli, oder von Somascha, welche der Seelige Hieronymus Emilianus aufgerichtet, und 7.) A. 1572. der Orden der so genannten barmhertzigen Brüder, den der Heil. Johannes von GOtt zugenannt gestifftet. 8.) Von Gregorio XIII. A. 1575. die Versammlung der Priester des Oratorii oder Nerianer, welche der Heil. Philippus Nerius eingeführt; deßgleichen 9.) A. 1580. der Orden der Barfüßigen Carmeliter, den die Heil. Theresia, und der Heil. Johannes vom Creutz nach der alten Regul des Heil. Alberti wiederum eingerichtet. 10.) Von Sixto V. A. 1585. die Versammlung der Regulirten Priester, welche den Krancken auswarten; wie auch 11.) A. 1586. die Fulienser oder Cistercienser-Mönch von der strengen Observantz oder Regel. 12.) Von Clemens VIII. A. 1592. die

Clemens VIII. A. 1592. Congregationem Clericorum regularium doctrinæ Christianæ confirmavit.

9. Qui Sancti celebriores Ecclesiam illustrârunt?

S. Franciscus de Paula, S. Cajetanus, S. Joannes de DEO, S. Franciscus Xaverius, S. Thomas de Villanova, S. Ignatius de Loyola, S. Petrus de Alcántara, S. Stanislaus Kostka, S. Pius V. S. Franciscus Borgia, S. Ludovicus Bertrandus, S. Teresia, S. Carolus Borromæus, S. Felix de Cantalicio, S. Philippus Nerius, S. Aloysius Gonzaga, S. Joannes à Cruce, S. Paschalis Baylon, sex & viginti Martyres, qui in Japonia ab ethnicis, & undeviginti, qui Gorcomii Hollandiæ urbe ab Hæreticis orthodoxæ Religionis causâ occisi fuêre, præter complures alios, sanctitate & miraculis claros, quibus Ecclesia honores cœlestes necdum decrevit.

10. Quæ miracula vulgatiora?

1. In Polonia sacrosancta hostia, quam Judæus ab ancilla Christiana emptam iteratis ictibus perfoderat, copiosum sanguinem fudit: quocirca Judæus cum ancilla Regis Sigismundi jussu flammis est absumptus. 2. Imago Christi crucifixi lapidibus appetita, sanguinem pariter reddidit, cujus facinoris auctor Moguntiæ supremo affectus supplicio est. Quot porrò, quantáque miracula vel solus S. Xaverius (ut Sanctos alios silentio prætercam) patrârit, testis est orbis universus.

Seculum XVII.

1. Quinam summo functi sunt sacerdotio?

233. Leo XI. *ad*	1605	234. Paulus V. *ad*	1621

235. Gre-

Versammlung der Regulirten Priester von der Christlichen Lehr.

9. Was für sonders berühmte Heilige haben die Kirch scheinbar gemacht?

S. Franciscus von Paula, S. Cajetanus, S. Johannes von GOtt, S. Franciscus Xaverius, S. Thomas von Villanova, S. Ignatius von Loyola, S. Petrus von Alcantara, S. Stanislaus Kostka, S. Pius V. S. Franciscus Borgia, S. Ludovicus Bertrandus, S. Theresia, S. Carolus Borromäus, S. Felix von Cantalicien, S. Philippus Nerius, S. Aloysius Gonzaga, S. Johannes vom Creutz, S. Paschalis Baylon, sechs und zwanzig Martyrer, welche in Japon von den Heyden, und neunzehen, welche zu Gorkum einer Stadt in Holland von den Ketzern des wahren Glaubens halber seynd umgebracht worden, vieler anderer, die an Heiligkeit und Wunderzeichen berühmt, jedoch von der Kirch noch nicht seynd canonisiret worden, zu geschweigen.

10. Welche seynd die bekantere Wunderzeichen?

1. In Pohlen hat ein Heil. Hostie, welche ein Jud von einer Christlichen Dienst-Magd gekaufft, und mit vielen Stichen gleichsam verwundet, häuffiges Blut vergossen: deßwegen der Jud samt der Magd aus Befehl des Königs Sigismundi verbrennt worden. 2. Ein Crucifix-Bild, so mit Steinen geworffen worden, vergoß gleichfalls viel Blut, und ward der Thäter zu Mayntz öffentlich hingerichtet. Wie viel und ungemein grosse Wunderwerck auch nur der einzige Heil. Xaverius, vieler anderer Heiligen zu geschweigen, gethan, kan die gantze Welt Zeugnus geben.

Das siebenzehende Jahr-Hundert.

1. Welche haben das höchste Priesterthum versehen?

233. Leo XI. bis 1605	234. Paulus V. bis 1621

235. Gregor. XV.	1623	240. Clemens X.	1676
236. Urban. VIII.	1644	241. Innocent. XI.	1689
237. Innocent. X.	1655	242. Alexand. VIII.	1691
238. Alexander VII.	1667	243. Innocent. XII.	1700
239. Clemens IX.	1669		

2. *Quâ laude hi omnes Ecclesiæ gubernacula tenuêre?*

Cùm Lutherus cæterique apostatæ eò impietatis progressi fuissent, ut ipsum adeò JESU Christi in terris Vicarium Antichristum appellare sint ausi, DEus, ut immanem hanc hæreticorum calumniam facto ipso refelleret, orbíque universo manifestas eorum fraudes, technas & mendacia ob oculos poneret, jam inde à Lutheri apostasia ad hoc usque tempus eos sibi Vicarios delegit, in quibus ne conjurati quidem Pontificii nominis hostes haberent, quod jure possent reprehendere.

3. *Quis Ecclesiæ status?*

Tot licèt errorum ac hæresum spinis passim progerminantibus, morum tamen disciplina & scientiæ rosarum instar, pulchriùs in dies cœperunt reflorescere. Instaurata quippe ubique Catholicorum pietas, templorum nitor, rituum Ecclesiasticorum decentior & accuratior usus, institutionum Christianarum, concionum ac Sacramentorum frequentia &c. Quæ porrò, quantáque detrimenta Religio orthodoxa ex tricennali bello, secutáque exinde pacificatione Westphalica acceperit, in Opusculo III. strictim attigimus.

4. *Quâ ratione Religio orthodoxa propagata est?*

1. In America propè innumeri à Missionariis

Apo-

235. Greg. XV. bis	1623	240. Clemens X. bis	1676
236. Urbanus VIII.	1644	241. Innocent. XI.	1689
237. Innocent. X.	1655	242. Alexander VIII.	1691
238. Alexander VII.	1667	243. Innocent. XII.	1700
239. Clemens IX.	1669		

2. Mit was vor einem Lob seynd alle diese Päbst der Kirch vorgestanden?

Weil Luther und die übrige seines gleichens Mammelucken so weit in der Bosheit gestiegen, daß sie so gar den Statthalter Christi auf Erden für den Antichrist auszuruffen sich erkühnet, hat GOtt, um in der That selbst diese greuliche und Gottslästerische Verleumdung der Ketzer zu widerlegē, und ihre handgreiffliche Betrügereyen, Falschheiten und Lügen der gantzen Welt vor Augen zu stellen, von selber Zeit an, da Luther abgefallen, bis auf heutigen Tag solche Statthalter auserkohren, in denen auch die geschworne Feind des Pabstthums nichts finden, welches sie mit Fug und Wahrheit tadlen kunten.

3. Wie war die Kirch bestellt?

Ohneracht so vieler aufwachsenden Dörner der Irrthümer und Ketzereyen haben jedoch die gute Sitten und Wissenschafften gleich denen Rosen von Tag zu Tag nur hübscher zu blühen angefangen: allermassen der Eyfer und Andacht der Catholischen, die Auszierung der Gotts-Häuser, die anständig, und genauere Beobachtung der Kirchen-Ceremonien, die vielfältige Kinderlehren und Predigen, der öfftere Gebrauch der Heil. Sacramenten ꝛc. allenthalben sehr wiederum in Schwang gebracht worden. Was für grossen Schaden und Nachtheil die rechtglaubige Kirche ferner aus dem dreyßig-jährigen Krieg, und dem darauf erfolgten Westphälischen Friedens-Schluß gelitten, haben wir in dem dritten Wercklein kürtzlich berühret.

4. Wie ist der wahre Glaub fortgepflantzet worden?

1. In America seynd fast unzahlbar viel Heyden durch die

Apostolicis ad Christi ovile sunt adducti. 2. Nec minor animarum messis collecta in Indiis, & vastissimo frequentissimóque Sinarum Imperio, quo Societatis JESU Missionarii post diuturna, annorum nempe ampliùs quadraginta, longéque difficillima & ineluctabilia propè obstacula, labore incredibili summísque vitæ periculis ægerrimè tandem perrupta, aditum sibi comparârunt, multis hominum millibus annuatim ad Ecclesiam catholicam aggregatis, quos inter Constantinus fuerat, legitimus Imperii Sinici hæres, ejúsque Mater Helena Imperatrix, & Anna avia, cum Maria Imperatoris Junlie uxore: Imperatoris item Sinensis nepos, aliíque regni illius proceres &c.

In Japonia ineunte hoc Seculo ampliùs quadringenta Christianorum millia numerabantur, qui miranda prorsus virtutum planè heroicarum dedêre specimina. Sed heu! tantas & res, & spes interverterunt Hollandi, qui postquam & ipsi appulêre in has terras, quò Catholici immensis pridem sumptibus periculísque trajecti, glaciem quasi fregêre, Christiana inde Religio penitùs profligata est. 3. In Africa Monarcha Monomotapæ cum conjuge & filio, aliísque pluribus: tres item Regum diversorum filii natu maximi &c. Religionem catholicam sunt amplexi. 4. In Europa Rex Christianissimus Ludovicus XIV. A. 1685. solemni edicto Calvinianos ad Religionem orthodoxam, à qua majores ipsorum perfidiosè defecerant, redire, ac pseudo-Euangelii præcones toto regno jussit excedere. Reducta quoque ad Ecclesiam orthodoxam Bohemia, Moravia, Palatinatus Superior, Ducatus Neobur-

die Apostolische Seelen-Hirten in den Schafstall Christi gebracht worden. 2. Nicht geringer ward die Seelen-Ernde in Indien und in dem überaus grossen und Volckreichen Kayserthum Sina, wohin die Missionarii aus der Gesellschafft Jesu nach mehr als vierzig Jahr langen, höchst-beschwerlichen, ja fast unüberwindlichen Hindernussen durch unglaubliche Mühe und äusserste Lebens-Gefahren endlich gantz kümmerlich den Weg gebahnet, und daselbst jährlich viel tausend Seelen der Catholischen Kirche einverleibt, worunter Constantinus des Chinesischen Kayserthums dazumahl rechtmäßiger Erb, samt seiner Mutter Helena der Kayserin, Anna seiner Anfrauen und Maria des Kaysers Junlie Gemahlin: ingleichen des Kaysers Enckel nebst andern aus denen fürnehmsten des Reichs rc.

In Japon seynd zu Anfang dieses Jahr-Hunderts über viermahl hundert tausend Christen gezehlt worden, welche wunder-grosse Probstück hoher und heroischer Tugenden sehen liessen. Allein ist leyder dieses so grosse Werck und alle fernere Hoffnung aus Anstifftung der Holländer zu Wasser worden: dann als in diese Landschafften, wohin die Catholische schon längst zuvor mit überschwenglichen Unkösten und Gefahren sich gewagt, und gleichsam das Eis gebrochen, auch die Holländer sich eingedrungen, mußte hierauf die Christliche Religion durchgehends das Land raumẽ. 3. In Africa hat der Kayser von Monomotapa samt seiner Gemahlin, und Erb-Printzen nebst vielen andern: ingleichen drey verschiedener Könige erstgebohrne Printzen rc. die Catholische Religion angenommen. 4. In Europa hat der allerchristlichste König Ludovicus XIV. A. 1685. durch ein öffentliches Mandat denen Calvinisten zur uralten wahren Religion, von der ihre Vor-Eltern treuloser Weise seynd abgefallen, wiederzukehren; denen Prädicanten aber aus dem gantzen Königreich sich hinweg zu machen befohlen. Böhmen, Mähren, die Ober-Pfaltz samt dem Hertzogthum Neuburg rc. wurden gleichfalls wiede-

rum

burgicus &c. Auſtria item, Carinthia, Styria, Carniola &c. ejectis inde errorum magiſtris, ab omni hæreſi depurgata. Ex Regiis porrò & Principalibus Europæ familiis in ſalutis ſemitam, à qua progenitores fraudulenter ſunt abducti, Deo duce atque auſpice rediêre Carolus II. ejúsque frater Jacobus II. Angliæ uterque Rex, Chriſtina Sueciæ Regina, quæ in ætate, fortunáque florentiſſima facto planè heroico in omne ævum memorando A. 1654. regno ampliſſimo ſponte abdicato, Romam exinde commigravit, ubi ab ipſo ſummo Pontifice Alexandro VII. S. Confirmationis Sacramento initiata, annó demum 1689. cœleſtis regni poſſeſſionem adiit. Tota præterea Domus Electoralis Palatina Neoburgica, & Sulzbacenſis, uti & Haſſo-Rhenofeldenſis; Joannes item Fridericus Dux Hannoveranus, & Auguſtus II. Saxoniæ Elector idémque Poloniæ Rex cum pluribus aliis Ducibus, Principibus, Comitibus &c. ad avita ſacra ſunt reverſi.

5. Quæ novæ hæreſes hoc Seculo ſunt exortæ?

1. Præter plures alias ſectas è Lutherana & Calviniana hæreſi in Britannia præſertim & Hollandia prognatas, hæreſin Janſenianam in orbem invexit Cornelius Janſenius, non Flander ille, Gandavenſium Epiſcopus, celeber ſacrarum litterarum interpres, A. 1576. vitâ functus, ſed Hollandus, è Doctore Theologo Iprenſis Epiſcopus, A. 1638. peſtifera lue extinctus. Hic de gratia Chriſti & libera hominis voluntate librum elucubravit, *Auguſtinus* inſcriptum; à cujus tamen doctrina tam longè abeſt, quam propè accedit ad Calvinum, qui & ipſe, perinde ac Wiclef-

um mit der rechtglaubigen Kirch vereinbaret. Jngleichen
st Oesterreich, Kärnthen, Steyermarck, Crain, ꝛc. durch
Ausschaffung der Jrr-Lehrer von der Ketzerey gäntzlich ge-
äubert worden. Aus den Königlichen und Hoch-Fürstli-
hen Häusern in Europa seynd wiederum auf den Weg des
Heils, von dem ihre Vor-Eltern betrüglicher Weise seynd
bgeführt worden, durch Anleitung und Antrieb GOttes
ommen Carolus II. und dessen Bruder Jacobus II. beyde
Könige in Engelland, Christina Königin in Schweden,
welche in bester Blühe des Alters und gröster zeitlichen
Glückseeligkeit durch eine großmüthige, zu ewigen Zeiten
reiswürdigste Helden-That A. 1654. ihr großmächtiges,
weit und breit sich erstreckendes Königreich freywillig
erlassen, und bis gen Rom gezogen, allwo sie vom höchsten
Bischoff Alexandro VII. selbst das heilige Sacrament der
Firmung empfangen, und endlich A. 1689. das Himmelreich
wig in Besitz genommen. So ist auch das gesamte Durch-
euchtigste Chur-Haus Pfaltz-Neuburg, und Pfaltz-Neu-
urg-Sultzbach, wie auch Hessen-Rheinfels, ingleichen Jo-
annes Fridericus Hertzog zu Hannover, Augustus II. Chur-
ürst zu Sachsen und zugleich König in Pohlen nebst mehr
nderen Hertzogen, Fürsten und Grafen ꝛc. zur uralten
wahren Religion ihrer Vor-Eltern wiederkehret.

. Was seynd für neue Ketzereyen in diesem Seculo entstanden?

1. Nebst vielen andern von der Lutherischen und Calvini-
hen Ketzerey ausgebrüteten Secten hat noch darzu die
ansenistische Ketzerey eingeführt Cornelius Jansenius,
cht jener aus Flandern gebürtige Bischoff zu Gent, und
erühmte Schrifft-Ausleger, welcher A. 1576. sein Leben
eschlossen; sondern ein anderer gleiches Nahmens, von Ge-
urt ein Holländer, aus einem Doctor der Theologie Bi-
hoff zu Ypern, welcher A. 1638. an der Pest gestorben.
Dieser hat von der Gnad Christi und freyen Willen des
Menschen ein Buch verfertiget unter dem Titul Augusti-
us. von dessen Lehr jedoch selbes so weit entfernet ist, so nahe
mit der Ketzerey des Calvins zutrifft, welcher gleichfalls,
wie

cleffus, Lutherus, Calvinus, aliíque hæretici, gloriari ausus eſt, *Auguſtinum totum à ſe ſtare.* Quapropter librum illum à Janſenii primùm obitu typis vulgatum, pérque Belgium & Galliam undique diſperſum, Batavi Calviniani mox in linguam vernaculam traduxêre, palàm profeſſi, nihil eo aptius ad confirmanda Calvini dogmata inveniri poſſe: nec dubium eſſe, quin, ſi Catholici omnes Janſenii doctrinam reciperent, duæ Eccleſiæ, Calviniana nempe, & Romana, in unam ſint coalituræ. Meritò proin monſtroſus ac peſtilens hic partus, ut primùm in Belgio lucem aſpexerat, mox Romæ ab Urbano VIII. A. 1641. edita Conſtitutione *In eminenti &c.* proſcriptus & ad tenebras eſt damnatus, utpote Michaëlis Baji Theologi Lovanienſis errores, à S. Pio V. & Gregorio XIII. damnatos pridem ſepultóſque reſuſcitans. Innocentius X. quinque dein propoſitiones è Janſenii *Auguſtino* excerptas A. 1653. ſolemni Conſtitutione damnavit ut hæreticas. Quam ſententiam Alexander VII. A. 1656. aliíque exinde Pontifices editis diplomatis ratam habuêre. 2. Michaël Molinos, Sacerdos Hiſpanus, Quietiſtarum coryphæus, ſimulatæ ſanctitatis larva errores ſuos fœdiſſimos diu nequiſſimè obtexerat: ſed patefacta tandem hypocriſi, Romæ A. 1687. coram ſacro ſenatu, immenſáque populi frequentia nefanda ſua dogmata publicè retractavit, in perpetuam exinde cuſtodiam traditus ab Innocentio XI. eximiæ ſanctitatis Pontifice. 3. Sub annum 1688. nova exorta eſt ſecta *Pietiſtarum*, qui, cùm non Spiritum ſanctum, veræ virtutis ac pietatis magiſtrum, per os Eccleſiæ loquentem, ſed ſpiritum ſuum privatum, hoc eſt, cæ-
cum,

wie nicht minder Wicleff, Luther, Calvin und andere Ketzer, sich hat rühmen dörffen, daß er S. Augustin gantz und gar auf seiner Seiten habe. Derhalben als erwehntes Buch nach dem Tod Jansenii in Druck ausgangen, auch in Niederlanden und Franckreich allenthalben ausgestreuet worden, haben die Holländische Calvinistē selbes alsbald in ihr Mutter-Sprach übersetzt, und sich öffentlich verlauten lassen, daß nichts bündigers zu Bekräfftigung der Calvinischen Lehr könne ersonnen werden; seye auch gar nicht zu zweiffeln, daß, wofern alle Catholische die Lehr des Jansenii wurden annehmen, aus beyden Kirchen, der Calvinischen nemlich und Römischen, nur ein einzige werden solte. Ist demnach billig diese häßliche und pestilentzische Mißgeburt, so bald sie in Niederlanden ans Tag-Licht kommen, ohnverzüglich zu Rom von Urbano VIII. A. 1641. durch sein Päbstliche Bull, dero Anfang In eminenti &c. verbannet und zur Finsternuß verdammt worden, als welche die von S. Pio V. und Gregorio XIII. längst verworffene und verscharrte Irrthümer des Michael Bay Theologischen Doctors zu Löwen wiederum hat herfürgezogen. Innocentius X. hat nachgehends fünf aus des Jansenii sogenannten Augustinus herausgezogene Lehr-Sätz A. 1653. durch ein öffentliche Bull als Ketzerisch verdammt. Welchen Ausspruch und Urtheil hernach Alexander VII. A. 1656. und mehr andere Päbst durch ihre Bullen bestättiget. 2. Michael Molinos ein Priester aus Spanien, der Quietisten Rädelführer hat unter dem Schein einer verstellten Heiligkeit die schändlichste Irrthümer lange Zeit schalckhafftig verborgen. Als aber seine Gleißnerey endlich an Tag kam, hat er zu Rom A. 1687. vor der heiligen Raths-Versammlung, und einer sehr grossen Menge Volcks seine abscheulichste Affter-Lehr öffentlich widerruffen, und ist von dem an Heiligkeit Welt-berühmten Pabst Innocentio XI. zur ewigen Gefängnus verdammt worden. 3. Um das Jahr 1688. hat sich ein neue Sect der Pietistē herfür gethan, welche, weil sie nicht dem Heil. Geist, als einem durch den Mund der Kirch redendē Lehrmeister der wahren Tugend und Gottsforcht, sondern ihrem Privat-Geist, das ist, einem blindē, irrigen,

cum, erroneum, fanaticum, ducem ſequantur, mirum non eſt, eos per avia & devia temerè & inconſultè ferri, ac toto cœlo errare, tótque ferè *Pietiſtarum* eſſe ſententias, quot capita.

6. Quid de Conciliis commemorandum?

Poſt Concilium Tridentinum longè celeberrimum, plura quidem *particularia*, at nullum exinde generale eſt celebratum: neque ad id ulla adhuc urgebat neceſſitas. Et verò quid aliud Romana eſt curia, tot perpetim Cardinalibus & Epiſcopis frequens, niſi continua quodammodo Synodus? Cæterùm non modò ab Latina, verùm etiam ab Eccleſia Græca, quamvis ſchiſmatica, & Latinæ pariter adverſante, penitus reprobata eſt Lutherana & Calviniana doctrina. Cùm enim Lutherani A. 76. & 77. prioris Seculi Jeremiam Patriarcham Conſtantinopolitanum, quem *Sanctiſſimum & Oecumenicum* &c. appellabant, communicata Confeſſione Auguſtana per litteras & legatos ad conſilia & arma adversùs Eccleſiam Romanam conſocianda iteratò inſtantiſſimè ſolicitâſſent, Patriarcha triplici libello manifeſtos ſectæ novitiæ errores confutavit, oſtendítque Eccleſiam orthodoxam fide indubitata ſemper credidiſſe ſeptem Sacramenta, Confeſſionem auricularem, Transſubſtantiationem, ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium, in quo pro vivis & defunctis ſupplicetur, Deiparæque & omnium Sanctorum patrocinium imploretur &c. Nec minùs Calvinianos ſpes ſua fruſtrata eſt; nam cùm Batavi adnitente ſupremo militiæ Turcicæ præfecto, quem pecunia & largitionibus corruperant, Cyrillum, Calvinianæ ſectæ fautorem, in ſedem Conſtantinopolitanam

gen/wahnwitzigen Führer und Wegweiser folgen/ist gar kein Wunder/ daß selbe durch so viel Um- und Irr-Weg gantz blind und unvorsichtig immerfort herum schweiffen/ und des gantzen Himmels verfehlen/ auch fast so viel Sinn und verschiedene Meinungen der Pietisten als Köpff seyn.

6. Was ist von denen Conciliis zu melden?

Nach jenem Welt-berühmten Concilio zu Trient seynd zwar viel Particular-Versamlungen/jedoch kein allgemeiner Kirchen-Rath mehr gehalten wordē; war auch dessen bisher keine Noth. Zudem was ist wohl der Römische Hof/ woselbst so viel Cardinäl und Bischöff beständig sich einfinden/anders/ als gleichsam eine immerwährende Kirchen-Versammlung? Ubrigens ist die Lutherische und Calvinische Irr-Lehr nicht nur von der Lateinischen/ sondern auch von der Griechischen Kirchen/obschon diese gantz abgetreñt und der Lateinischen gleichfalls entgegen ist/gäntzlich verworffen worden: dann als die Lutheraner in dem 76. und 77. Jahr des nächst verflossenen Seculi dem Constantinopolitanischen Patriarchen Jeremias/ welchen sie den Allerheiligsten und Allgemeinen Vatter nennten/die Augspurgische Confession überschickt/und so wohl durch Send-Schreibē als eigne Abgesandte bey selbem mehrmal inständigst angehalten/ sich mit ihnen wider die Lateinische Kirch zu vereinbaren/ hat der Patriarch durch eine dreyfache Antwort und Gegenschrifft die handgreiffliche Irrthümer dieser funckel-neuen Sect widerlegt/und dargethan/daß die wahre Kirch jederzeit sieben Sacrament/ die Ohren-Beicht/ die Verwandlung des Brods und Weins in den Leib und Blut Christi/das Hoch-heilige Meß-Opffer/ worinnen für die Lebendige und Abgestorbene gebettet/ auch die Seeligste Mutter GOttes samt allen Heiligen um ihre Fürbitt angeruffen wird rc. gantz fest und ungezweiffelt geglaubt habe. Nicht minder hat auch denen Calvinisten ihre gefaßte Hoffnung fehl geschlagen: dann nachdem die Holländer durch Beyhülff des Groß-Veziers/ den sie mit Geld und Geschenck bestochen/ Cyrillum/ so der Calvinischen Sect nicht abhold zu seyn schiene/ in das Constantinopolitanische

tanam intrudendum curâſſent, ejus poſteà ſucceſſor Parthenius, universáque Græcorum Epiſcoporum Synodus A. 1642. Conſtantinopoli coacta, hæreſin Calvinianam omnibus diris devovit.

7. Quæ piæ conſuetudines introductæ?

1. Perpetua quadraginta horarum comprecatio Romæ in ſingulis deinceps templis à Clemente VIII. inſtituta eſt. 2. Communio generalis ſive menſtruus populi ad ſacram Synaxin concurſus à Patribus Societatis JESU, approbante Paulo V. 1609. introduci cœptus. 3. Urbanus VIII. in codice precum horariarum hymnos, aliáque meliorem in formam redigenda curavit. Idem purpuratos Eccleſiæ Patres *Eminentiſſimi* titulo condecorari voluit ac diſtingui.

8. Quæ religioſa familiæ inſtitutæ?

1. Ordinem Clericorum Regularium *Piarum Scholarum*, à Venerabili Joſepho Calaſantio fundatum, Gregorius XV. A. 1621. confirmavit. Horum munus eſt pueros pauperes primis litterarum elementis imbuere. 2. S. Franciſcus Saleſius Ordinem Monialium à Viſitatione beatæ Virginis nuncupatum A. 1610. condidit. 3. Congregationi Urſulinarum priori jam Seculo inſtitutæ & à pluribus Pontificibus laudatæ, Urbanus VIII. A. 1633. ſolemnia religionis vota nuncupare permiſit, ſcholásque aperire, ubi puellæ ſine minervali erudirentur. 4. Monialium ſive Canoniſſarum Regularium S. Auguſtini Congregationem Dominæ noſtræ à B. Petro Forerio inſtitutam, Paulus V. A. 1614. approbavit &c.

9. Qui-

Patriarchat eingeschoben, hat nachmal Parthenius, der auf ihn folgte, und der gesamte zu Constantinopel A. 1642. versammelte Kirchen-Rath der Griechischen Bischöff die Calvinische Ketzerey aufs äusserst verflucht, und in die Höll hinab verdammt.

7. Was für neue Gebräuch seynd eingeführt worden?

1. Das immerwährende vierzig-stündige Gebett wird aus Anordnung des Pabsts Clementis VIII. zu Rom in allen Kirchen Wechsel-weise angestellet. 2. Die General-Communion, oder monatliche Empfahung des Hoch-heiligsten Altars-Sacraments ist mit Genehmhaltung des Pabsts Pauli V. von den Priestern der Gesellschaft Jesu 1609. eingeführt worden. 3. Pabst Urbanus VIII. hat in den Priesterlichen Tag-Zeiten die Hymnos oder Lobgesänger und anders besser eingericht; auch die Cardinäl mit dem Titul Eminenz zu beehren und von andern Kirchen-Prälaten zu entscheiden befohlen rc.

8. Was seynd für geistliche Ordens-Ständ aufkommen?

1. Den Orden der Regulirten Priester Piarum Scholarum genannt, welchen der Ehrwürdige Joseph Calasantius gestifftet, hat Gregorius XV. A. 16 1. bestättiget. Ihr Beruff ist die arme Knaben im Lesen und Schreiben rc. zu unterrichten. 2. Der Heil. Franciscus von Sales, hat A. 1610. die Closter-Jungfrauen unter dem Titul der Heimsuchung Mariä gestifftet. 3. Den Ursulinerinen, derer Versammlung schon im vorigen Seculo aufgericht, und von mehr Päbsten gut geheissen worden, hat Urbanus VIII. A. 1633. gestattet, sich mit den feyerlichen Ordens-Gelübden zu verbinden, auch Schul zu halten, worinnen die Mägdlein ohne Lehrgeld unterrichtet werden. 4. Die Versammlung unser Lieben Frauen der Regulirten Canonißinen S. Augustini, welche der Seelige Petrus Fourier gestifft, hat Paulus V. A. 1614. bestättiget rc.

9. Quinam post vitæ curriculum hoc Seculo cum sanctitatis & miraculorum fama emensum, Sanctorum exinde, aut Beatorum fastis solemni ritu fuêre ascripti?

Sancti, Franciscus Salesius Episcopus Genevensis, Turibius Archiepiscopus Limensis in Peruvia, Andreas Avellinus, Franciscus Solanus, Maria Magdalena de Pazzis, & Rosa Limana. Beati, Joannes de Prado, Fidelis Sigmaringanus, Joannes Franciscus Regis, Petrus Forerius, & Hyacintha Marescota. Ut nihil dicam de pluribus aliis, quorum virtutes, & miracula Roma etiam nunc summa, qua solet, circumspectione & accuratione ad *pondus Sanctuarii* examinat.

10. Quæ miracula patrata?

Ex pluribus unum alterúmque recensere juvat. 1. Cùm Faverniaci, quod Burgundiæ Comitatûs oppidum, A. 1608. die 25. Maji, in quem Dominica Pentecostes tunc inciderat, in æde *Abbatiali*, B. V. Mariæ sacra, noctu scintilla è cereo excidens, tapetes & proxima quæque, igni longè latéque diffuso, absumpsisset, ecce tibi sacrosancta Hostia unà cum hierotheca medias inter flammas non modò illæsa, verùm etiam, collapsis omnibus fulcris, trium & triginta circiter horarum spatio in aëre suspensa, prorsúsque immota perstitit, omnibus, qui cùm ad obtinendas Indulgentias Pontificias, tum ad grande hoc miraculum spectandum catervatim undique confluxerant, stupore attonitis; dum tandem die tertio Pentecostes sub horam decimam, cùm Sacerdos, sacris operans, peracta consecratione, Hostiam populo adorandam pro more ostendisset, memo-

9. Welche seynd nach ihrem in diesem Jahr-Hundert mit allgemeinem Ruff der Heiligkeit und Wunderzeichen vollbrachten Lebens-Lauf in die Zahl der Heiligen oder Seeligen öffentlich und hochfeyerlich gesetzt worden?

Die Heilige, Franciscus von Sales Bischoff zu Genf, Turibius Ertz-Bischoff zu Lima in Peru, Andreas Avellinus, Franciscus Solanus, Maria Magdalena de Pazzis, Rosa von Lima. Der Seelige, Joannes de Prado, Fidelis von Sigmaringen, Johannes Franciscus Regis, Petrus Fourier, und Hyacintha Marescotti. Vieler anderer zu geschweigen, derer Tugenden und Wunderzeichen zu Rom mit höchstmöglichem Fleiß, Bedacht- und Behutsamkeit annoch untersucht und nach dem Gewicht des Heiligthums abgewogen werden.

10. Was geschahen für Wunderzeichen?

Aus sehr vielen will ich nur ein und anders anziehen. 1. Als zu Favernay, so ein Stadt in der Grafschafft Burgund ist, A. 1608. den 25. May, auf welchen dazumahl der Pfingst-Sonntag gefallen, in der Abtey-Kirch zu unser Lieben Frauen bey Nacht durch ein von einer Wachs-Kertz herabfallendes Füncklein die Tapezereyē und alles übrige rings herum angezündet und verzehret wurde, siehe da ist die Hoch-heiligste Hostie samt der Monstrantz mitten unter den Flammen nicht nur gantz unverletzt, sondern auch, da alles worauf selbe gestanden, zusammen fiel, in Lüften bey drey und dreyßig Stunden gantz frey und unbeweglich verblieben, worüber alle, die so wohl zu Erlangung des vom Pabst verliehenen Ablaß, als dieses grosse Wunder selbst zu sehen von allen Orten her häuffig zugelauffen, höchstens erstaunten; bis endlich am letzten Pfingst-Feyr-Tag um zehen Uhr, als der Priester bey der Heil. Meß zur Wandlung kommen, und die Heil. Hostie, wie gebräuchlich, empor gehoben, vorerwehnte Monstrantz sich allgemach aus den Lüften auf das ausgebreitete Corporal herunter gelassen, welches in aller

morata quoque hierotheca, ex aëre fenfim delapfa, facro linteo infedit cum ingenti omnium, quotquot aderant, pietatis fenfu. Rei porrò totius feriem Archiepifcopus Bifontinus Ferdinandus de Longuy, causâ ritè cognitâ, typis vulgavit, mifsóque Romam ad Pontificem certo homine, Urbem, & orbem orthodoxum mifta lætitiæ admiratione complevit. 2. Neapoli A. 1634. Marcellus Maftrillus Soc. JESU facerdos è lethifero contufi cranii vulnere ope S. Francifci Xaverii repentè convaluit. Cujus aliorúmque plurium, quæ exinde confequebantur, miraculorum fama non folùm Italiam pervafit univerfam, fed & Hifpaniam, Lufitaniam, Indiam & Japoniam, ubi Marcellus gloriofum martyrium, pluribus pariter prodigiis illuftratum, fortiffimè fubiit &c.

Seculum XVIII.

1. Quinam Chrifti Vicarii ad hoc usque tempus Petri fedem tenuêre?

244. Clemens XI. *ad* 1721	246. Bened. XIII. *ad* 1730
245. Innocent. XIII. 1724	247. Clemens XII. *vivat feliciter.*

2. Quid de hifce Pontificibus memorandum?

Clemens XI. virtutis & doctrinæ famâ celebratiffimus Pontifex, temporibus longè difficillimis & turbulentiffimis infigni fanè prudentia, circumfpectione, animique magnitudine ad Ecclefiæ gubernacula fedit annos ampliùs viginti, quibus feptuaginta omnino Cardinales creavit. Innocentius XIII. dum Petri naviculam feliciter pergit gubernare, anno Pontificatûs tertio ad æternitatis portum appellit.

anwesenden Gemüthern eine sehr empfindliche Andacht erwecket. Den gantzen Verlauf dieses Wunders hat der Ertz-Bischoff zu Bisantz Ferdinandus de Longuy, nachdem er die Sach gerichtlich untersuchet, in Druck lassen ausgehen, auch alles an den Pabst durch einen eigenen Boten umständlich berichtet, wordurch nicht nur Rom, sondern die gesammte rechtglaubige Christenheit in Freud und Verwunderung gesetzt worden. 2. Zu Neapel hat A. 1634. der Heil. Franciscus Xaverius Marcellum Mastrillum einen Priester aus der Gesellschafft JEsu, so durch Zerschmetterung der Hirnschal tödtlich verwundet worden, augenblicklich gesund gemacht. Welches, wie auch mehr darauf folgende Wunderwerck nicht nur in gantz Italien bekannt, sondern auch in Spanien, Portugall, Indien, und Japon, woselbst Marcellus einen glorwürdigen Marter-Tod, den GOtt gleichfalls mit vielen Wunderzeichen scheinbar gemacht, heldenmüthigst ausgestanden ꝛc.

Das achtzehende jetzt-lauffende Jahr-Hundert.

1. Was für Statthalter Christi seynd bis jetzund auf dem Stuhl Petri gesessen?

244. Clemens XI. bis 1721	246. Benedict. VIII. bis 1730
245. Innocent. XIII. 1724	247. Clemens XII. Lebe glückseelig.

2. Was ist von diesen Päbsten zu melden?

Clemens XI. dessen Tugenden so wohl als Gelehrtheit Welt-kündig, hat bey sehr beschwerlichen und verwirrten Zeiten die Kirch GOttes mit sonderbarer Klugheit, Fürsichtig- und Großmüthigkeit über zwanzig Jahr lang verwaltet, auch währender seiner Regirung siebenzig zur Cardinals-Würde erhobē. Innocentius XIII. da er in Leitung des Schiffleins Petri glücklich fortfuhr, ländete schon im dritten Jahr des Pabstthums bey dem Port der Ewigkeit an. Die viel-

lit. Benedicti XIII. multiplicia virtutum lectissimarum exempla & monumenta in recenti omnium memoria etiamnum insident.

3. Quis Ecclesiæ status?

Daß dieses nicht anders, als allein durch die Weisheit und Allmacht GOttes habe geschehen können, ligt am Tag. Dann da inzwischen andere sonst mächtigste Welt-Monarchien vorlängst dermassen seynd zu Grund gangen, daß davon kaum der Nahm mehr übrig geblieben, stehet jedoch das Reich Christi, die Kirch nemlich, bis auf heutigen Tag annoch gantz fest und unbeweglich. Diese zu bekriegen stellte der Satan ins Feld 1. die Juden als geschworne Tod-Feind Christi. 2. Die theils Heydnische, theils Ketzerische und Abgetrennte, theils falsch-politische Könige und Kayser. 3. So gar die Päbst selbst, jene nemlich, welche in den Stul Petri mit Gewalt seynd eingedrungen worden. 4. So viel gewaltige und zahlreiche Kriegs-Heer der Ketzer und Abtrünnigen, welche immerdar mit frisch angeworbener Mannschafft verstärckt, und mit neuer aus dem höllischen Zeughaus hergeholter Rüstung und Waffen versehen worden. 5. So viel ungerathene, und ungehorsame Kinder der Kirch, oder Affter-Catholische 2c. Allein haben mit dieser so grossen, so zahlreichen, so starck bewaffnet und ausgerüsteten Kriegs-Macht, mit so vielen Berennungen, Stürmen, Angriffen, Kriegs-Listen, Unterminirungen 2c. die Porten der Höllen weder bis hieher können Meister werden, weder zu allen künfftigen Zeiten, wie Christus selbst uns dessen unfehlbar versichert Matth. 16. v. 18.

2. Hat die Catholische Kirch in der Glaubens-Lehr jemahlen einige Aenderung gemacht?

Nicht die geringste, wie aus allen Kirchen-Geschichten, Concilien, und Schrifften der heiligen Vätter augenscheinlich erhellet. Dahero jene aus den Uncatholischen sehr un-

eſt. Impudentiſſimè proin mentiuntur heterodoxi illi, qui contra totius antiquitatis fidem rudi plebeculæ perſuadere nituntur, Confeſſionem auricularem, *Transſubſtantiationem*, extremam Unctionem, Clericorum cælibatum, quadraginta dierum jejunium, Indulgentias, Purgatorium, cultum, & invocationem Sanctorum, aliáque fidei Catholicæ dogmata vel à Pontificibus, vel Conciliis excogitata fuiſſe, cùm certum omnino & indubitatum ſit, hæc omnia inde ab Eccleſiæ exordio in hunc usque diem credita ſemper fuiſſe & obſervata. Nihil igitur Eccleſia Catholica, quod ad fidei dogmata attinet, ex priſtino ſplendore quidquam remiſit; ſed Solis inſtar tot jam Seculis *manet immutabilis :* dum interim Hæreſis Lunæ in morem vel menſis unius ſpatio aliam identidem atque aliam induit formam. Id quod manifeſtè apparet ex novitiis Sectariorum pſeudodogmatis, nominatim ex Confeſſione Auguſtana, quæ parentibus omnino cum mendaciis, calumniis, antilogiis &c. cum ſcateat, mirum non eſt, eam cudi toties ac recudi, poliri ac repoliri & interpolari, inque aliam identidem formam transfundi debuiſſe.

3. *Num æquè immutabilis fuit morum diſciplina?*

Hæc magnas haud dubiè viciſſitudines ſubiit. Ac primorum quidem Chriſtianorum vivendi ratio ſancta fermè erat, & inculpata. At fervor hic procedente tempore haud parùm remiſit; qui tamen cum à tot piis, ſanctíſque Pontificibus, tum ab aliis viris Apoſtolicis reſuſcitatus identidem fuit, & inflammatus. Unde ſemper in Eccleſia exſtitêre, atque hodiedun exiſtunt non pauci, qui primorum

verschämt lügen, welche wider das Zeugnus des gesamten Alterthums den gemeinen Mann wollen bereden, als seye die Ohren-Beicht, die Verwandlung Brods und Weins in den Leib und Blut Christi, die letzte Oelung, der ledige Stand der Geistlichen, die vierzig-tägige Fasten, die Ablaß, das Fegfeuer, die Verehr- und Anruffung der Heiligen, samt andern Artickeln des Catholischen Glaubens allererst von denen Päbsten, oder Kirchen-Versammlungen aufgebracht worden; indem doch gantz gewiß und unfehlbar ist, daß alles dieses von Anbegin der Kirch bis jetzund jederzeit festiglich seye geglaubt, und genau beobachtet worden. Hat demnach die Catholische Kirch, was die Glaubens-Lehr belangt, von ihrem alten Glantz das allergeringste nicht verlohren, sondern bleibt gleich der Sonne schon so viel hundert, ja tausend Jahr jederzeit gantz unveränderlich; da hingegen die Ketzerey gleich dem Mond auch in einem einzigen Monat sich stets verändert, und immerdar eine andere Gestalt annimmt: wie augenscheinlich erhellt aus der Sectirer neuen Affter-Lehr, benanntlich aus der Augspurgischen Confeßion, welche weil sie mit handgreifflichen Lügen, Verleumdungen, selbst eigenen Widersprechungen rc. angefüllt ist, eben darum, so offt hat müssen geschmiedet und umgeschmiedet, geflickt, gefeilet, geglättet, und ausgebessert, auch immerdar in ein andern Modell gegossen, und umgegossen werden.

3. Ist die Sitten-Lehr eben so unveränderlich geblieben?

Hierinnfalls gab es immerzu grosse Veränderungen ab. Die Sitten der ersten Christen waren heilig und fast durchgehends unsträfflich. Allein hat mittler Zeit jener erste Eifer mercklich abgenommen; welcher jedoch theils durch so viel fromme und heilige Päbst, theils durch andere Apostolische Männer immerdar wiederum erweckt und angezündet worden. Dahero so wohl vor diesem, als noch heut zu Tag in der Kirch GOttes jederzeit eine grosse Anzahl eifri-

rum Christianorum virtutem & sanctitatem strenuè æmulantur.

§. 4.

De Ecclesiæ incremento & propagatione.

1. Quid de hac sentiendum?

Homines mundo despectos, pauperes & ignobiles idololatriam, quæ tam altas ubique radices egerat, potentissimis mundi Monarchis omni ope nisúque obluctantibus, eradicare, ac Religionem, sensibus & carni usque adeò repugnantem invehere potuisse, non humanæ industriæ, sed divinæ opus potentiæ fuerit necesse est, quæ per vias Mundi prudentiæ ac sagacitati inaccessas prorsus & incognitas, imò in speciem contrarias, ad propositam sibi metam certissimè novit pertingere.

2. An aquè prodigiosa erat Lutherana aut Calviniana secta propagatio?

Si hæc inter miracula numeranda est, longè profectò mirabilior fuit propagatio sectæ Arianæ & Mahometanæ, utpote quæ multò plura ampliorá-que regna & provincias rapidissimi torrentis instar celerrimè inundavit. Et verò quale hoc tandem miraculum, Seculo illo rudissimo & corruptissimo tot ventris & gulæ mancipia, Baccho & Veneri ex asse devota, præeunte, & classicum canente petulantium Sacerdotum ac Cœnobitarum grege, adhæsisse doctrinæ, carni ac sensibus tantopere blandienti, viam sternenti ad omnem scelerum licentiam, cœlúmque pollicenti vix non dormientibus? Quid quòd Lutheri & Calvini pseudo-Euangelium perinde

ger Seelen sich befinden, welche an Tugend und Heiligkeit jenen ersten Christen fast nichts nachgeben.

4. Absatz.

Von dem Wachsthum und Ausbreitung der Kirch?

1. Was ist hiervon zu mercken?

Daß so schlechte, bey der Welt gantz verächtliche, arme, unadeliche, unachtbare Männer, das allenthalben so tieff eingewurtzelte Heidēthum, ob sich schon die mächtigste Welt-Monarchen mit allen ihren Kräfften aufs äusserste darwider setzten, haben ausreuten, und eine der Sinnlichkeit und dem Fleisch dermassen widrige Lehr einführen können, war gewißlich kein Werck einer menschlichen Hand, sondern ein Mirackel der Göttlichen Allmacht, als welche durch Mittel und Weg, wohin alle weltliche Klugheit und Witz bey weitem nicht gelangen kunte: ja welche vielmehr entgegen und hinderlich zu seyn schienen, jedennoch ihren Endzweck unfehlbarlich zu erreichen gewußt.

2. War die Ausbreitung der Lutherischen und Calvinischen Sect eben so wundersam?

Wann diese unter die Wunderwerck zu zehlen, so ist ja viel wundersamer die Ausbreitung der Arianischen und Mahometanischen Sect, als welche weit mehr und grössere Königreiche und Landschafften gleich einem ungestümen reissenden Strom in sehr kurtzer Zeit allenthalben hat überschwemmet. Und was soll wohl dieses für ein Wunder gewesen seyn, daß zu jenen Wissen- und Gewissen-losen, so sehr verkehrt und verderbten Zeiten ein so grosse Anzahl der dem Fraß und Wollüsten gantz und gar ergebenen Bauch-Dienern, denen viel muthwillige Pfaffen und Mönch selbst mit Wort und Beyspiel vorangangen, sich zu einer Lehr bekennet, welche dem Fleisch und Sinnlichkeit dermassen lieb und angenehm, den Weg zu aller Ausgelassen- Frech- und Freyheit bahnet, und den Himmel schier gar mit Schlaffen und Faullentzen zu erlangen hoffet. Zu dem so ist des Luthers und Calvins Affter-Evange-

lium

inde atque hæresis Ariana & Mahometis Alcoranus, non nisi turbis, seditionibus, perduellionibus, proditionibus, mendaciis, fraudibus, calumniis, violenta piorum oppressione, sacri æquè ac profani magistratus contemptu & oppugnatione, bellis, cædibus, rapinis, incendiis, templorum, monasteriorum, Episcopatuum spoliatione & profanatione, jurísque divini & humani conculcatione &c. fuerit propagatum? Quòd si Lutherus, Calvinus, aliíque novatores proposuissent doctrinam, sensibus inimicam, carni ac depravatæ naturæ omnino contrariam si ad bonorum operum studium, continentiam, obedientiam, jejunia, corporis afflictationes, voluptatum, honorum, divitiarum, rerúmque terrenarum contemptum verbo & exemplo viam præivissent, totásque nihilominus nationes à vitiis inveteratis ad excellentem vitæ sanctitatem traduxissent, tunc enimverò miraculum omnes clamare possemus, & exclamare: *A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Ps. 117. v. 23.*

3. Nullús ne fuit, qui sectæ Lutheranæ sese opponeret?

Opposuit se imprimis Carolus V. Imperator Religiosissimus, aliíque Principes Catholici, qui vehementer urgebant tum Lutheri proscriptionem, publico Comitiorum Wormatiensium decreto pridem sancitam, tum bonorum Ecclesiasticorum restitutionem. Sed obstitêre *Protestantes*, qui postquam Franciscum Galliarum, & Henricum Anglorum Regem, ipsúmque adeò Solimannum Turcarum tyrannum adversùs Imperatorem Carolum incassum sollicitârunt, collectio exinde centum ferè millium

exer-

lium eben so wohl, als die Arianische Ketzerey, und des Mahomets Alcoran nicht anderst als durch Meutereyen, Aufruhren, Empörungen, Verrätherreyen, Lügen, Betrügen, Verleumdungen, gewaltthätiger Unterdruckung der Frommen und Unschuldigen, Auflehnung wider die geistlich- und weltliche Obrigkeit, Krieg, Mordthaten, Rauben und Stehlen, Sengen und Brennen, Plünder- und Entheiligung der Kirchen, Clöster und Bißthümer, Vertilg- und Abschaffung des Göttlichen und menschlichen Rechts rc. ausgebreitet worden. Wofern nun Luther, Calvin und andere Neuerungs-Stiffter eine der Sinnlichkeit, dem Fleisch und verkehrten Natur gantz widrige Lehr geprediget hätten; wann sie zu Ubung guter Wercken, zur Keuschheit, Gehorsam, Fasten, Leibst-Casteyungen, Verachtung der Wollüsten, Ehren, zeitlicher Güter und irrdischer Dingen mit Wort und Beyspiel das Volck ermahnet und angeführt, und nichts destoweniger gantze Völckerschafften von denen tieff eingewurtzelten Lastern zu einer sehr hohen Tugend und Heiligkeit verleitet hätten, kunten wir alle billigster massen solches für ein grosses Mirackel ausruffen und aufschreyen: Das ist vom HErrn geschehen: und es ist wunderlich in unsern Augen Ps. 117. v. 23.

3. Hat sich dann niemand der Lutherischen Sect widersetzt?

Es widersetzte sich fürnemlich der Gottsfürchtigste Kayser Carl der Fünfte nebst andern Catholischen Fürsten, welche sehr darauf drangen, daß so wohl die auf dem Wormsischen Reichs-Tag einhellig beschlossene Verbannisirung des Luthers, als die Zuruckstellung der geistlichen Güter solte bewerckstelliget werden. Doch sperrten sich die Protestanten sehr darwider, welche, nachdem sie Franciscum König in Franckreich, und Henricum König in Engelland, ja so gar den Türckischen Kayser Solimann selbst wider den Kayser Carl, wiewohl vergebens, aufgehetzt, giengen sie mit einem Kriegs-Heer von ungefehr hundert tausend Mann stracks

auf

exercitu bello eundem derepentè lacessiverunt, primo haud dubiè impetu oppressuri, nisi pro Carolo excubâsset exercituum Dominus. Hujus proin nutu & auspiciis dissipatus primùm est formidabilis ille exercitus, annóque insequenti præcipui factionis duces, Saxoniæ Elector & Hassiæ Landgravius, ad Mühlbergam capti, Septemviratu in Mauritium ex Albertina ortum prosapia translato. Hic ipse tamen, inito postea cum Henrico II. Galliæ Rege fœdere. Imperatorem, de se optimè meritum, imparatum prorsus, nihílque hujusmodi de fidissimo, uti credebat, amico & cliente suspicantem, ex improviso aggreditur, ægerriméque fuga elapsum ad interiora usque Tyrolis persequitur. Quid jam in arena consilii caperet Cæsar cum Ferdinando fratre? Gallus tres nobilissimos Episcopatus cum pluribus Lotharingiæ & Belgii urbibus eripuerat; Turcæ ipsi in Christianæ Reipublicæ perniciem evocati, classe ingenti appulerant in Italiam: Albertus Brandenburgicus implacabili Religionis Catholicæ exscindendæ cupiditate flagrans, ope Gallorum flamma ferróque omnia devastavit. Igitur intestinorum æquè & externorum hostium violentia, extremáque necessitate adactus Ferdinandus Romanorum Rex deplorandam Catholicis, totíque Ecclesiæ *transactionem*, ut vocant, Passaviensem profusis lacrymis subsignare cogitur. At necdum malorum finis; nam & hoc & sequenti Seculo *Protestantes* in bello præcipuè tricennali, Gallico ære & milite adjuti, irreparabilem Ecclesiæ, orthodoxæque Religioni cladem intulêre, uti in Opusculo III. meminimus.

4. *Num*

auf selben los; wurden ihn auch in der ersten Hitz und Anlauf unfehlbar übervortheilt und überwältiget habē, wofern nicht der Herr der Heerschaaren für Carolum hätte Wacht gehalten. Durch dessen Schick- und Anordnung jenes erschröckliche Kriegs-Heer erstlich zerstreuet, und ein Jahr darnach der Churfürst zu Sachsen und Landgraf in Hessen, als meiste Anschürer dieses Kriegs-Feuers bey Mühlberg gefangen worden: worauf Mauritius aus der Albertinischen Linie die Chur-Würde erhalten. Jedoch hat eben dieser, nachdem er mit Heinrich dem Andern, König in Franckreich ein Bündnus gemacht, den Kayser seinen grösten Gutthäter, welcher von diesem seinem, wie er glaubte, getreuesten Freund und Vasall nichts dergleichen argwohnete, plötzlich und unversehens überfallen, und weit in das Tyrol hinein verfolget, also daß selber sich kümmerlich mit der Flucht hat retten können. Wo solte sich nun der Kayser und dessen Bruder Ferdinandus Raths erholen? Franckreich hatte allbereit drey sehr ansehnliche Bißthümer nebst vielen Städten in Lothringen und Niederlanden weggenommen; die Türcken selbst wurden zum Verderben und Untergang der Christenheit beruffen, und ländeten mit einer gewaltigen Schiffs-Flotte in Italien an: Albertus von Brandenburg, welcher ein unersättliche Begierde trug die Catholische Religion gäntzlich auszureuten, hat durch Beyhülff der Frantzosen alles mit Feuer und Schwert von Grund aus verherget. Hat demnach Ferdinandus Römischer König durch Gewaltthätigkeit der einheimischen so wohl als ausländischen Feinde, und äusserster Noth darzu gezwungen, jenen dem Catholischen Teutschland, und gesammten Kirch GOttes bedaurlichen und höchst nachtheiligen Passauischen Vertrag mit Vergiessung der Thränen unterzeichnen müssen. Und hatte das Elend hier noch kein End; allermassen so wohl in diesem als folgenden Seculo, bevoraus in jenem dreyßig-jährigen Krieg die Protestanten durch Frantzösisches Geld und Mannschafft unterstützet, der Kirch und wahren Religion einen unwiederbringlichen Schaden zugefügt, wie im dritten Wercklein hiervon Anregung geschehen.

4. Hat

4. Num Ecclesia Catholica inde ab exortu suo aucta semper, an potiùs imminuta est?

Auctam semper fuisse, inde patet, quòd, sicubi Ecclesia, exoriente hæresi, velut amne rapace ac violento, deperdere quid videatur, mox alibi sua damna alluvionibus, novæque terræ accessione cum fœnore etiam compenset. Unde quod ad Septentrionem extremúmque Europæ angulum Clero, Religiosísque familiis atque Ecclesiæ Catholicæ subtraxerat hæresis, DEus abundè resarciebat ad Meridiem, Orientem & Occidentem, tot centenis animarum millibus ad Ecclesiam Christique ovile interea temporis adductis.

§. 5.

De hæresibus.

1. Quis dicendus hæreticus?

Qui Christianum quidem se profitetur, dogma tamen quoddam Religioni Catholicæ contrarium contumaciter tenet. Ac licèt omnis hæresis schisma quoque sit; non tamen vicissim omne schisma dici potest hæresis. Sic non omnes, qui Antipapis quondam contra legitimos Pontifices adhæserant, hæretici idcirco erant, nisi, quod plerumque fieri amat, erroneum insuper dogma obstinatè tenuerint, séque proinde à toto Ecclesiæ corpore segregârint.

2. An ergo hæreticus est, qui vel in unico fidei articulo ab Ecclesia Catholica dissentit?

Omnino; toto proin cœlo aberrant temporis hujus pseudopolitici, quos & Libertinos, Adiapho-

ristas,

4. Hat die Catholische Kirch von ihrem Anfang her allezeit zu-oder vielmehr abgenommen?

Daß selbe jederzeit habe zugenommen, erhellet klar aus dem, daß, obschon an einem Ort durch die Ketzereyen, als einen ungestümmen reissenden Fluß, etwas vom Erdreich weggespület wird, doch gleich anderstwo dieser Schaden durch Anschüttung und Zuwachs eines neuen Erdreichs überflüßig ersetzet werde. Dahero hat GOtt, was durch die Ketzerey in den Nördischen Landschafften und äussersten Winckel von Europa der Clerisey, Orden-Ständen und Catholischen Kirch entzogen worden, reichlich wiederum ersetzt in denen gegen Mittag, gegen Auf-und Niedergang gelegenen grossen Welt-Theilen, woselbst viel hundert tausend Seelen zur rechtglaubigen Kirch und Schafstall Christi entzwischen seynd gebracht worden.

5. Absatz.

Von entstandenen Ketzereyen.

1. Wer ist ein Ketzer zu nennen?

Welcher sich zwar für einen Christē ausgiebt, benebenst aber ein oder andern der Catholischen Religion widrigen Lehr-Punct hartnäckig behauptet. Und obschon ein jede Ketzerey zugleich ein Spalt-oder Treñung ist, so ist doch nicht ein jede Spaltung auch eine Ketzerey zu neñen. Also waren nicht alle, welche ehemals denen Affter-Päbsten wider die rechtmäßige Statthalter Christi anhiengen, eben darum auch Ketzer, dafern sie nicht, wie doch mehrentheils zu geschehen pflegt, noch über das einen irrigen Lehr-Satz halsstarrig behaupet, und folgsam von der gantzen Kirch sich abgesondert.

2. Soll dann jener gleich ein Ketzer seyn, der nur in einem einzigen Glaubens-Artickel mit der Catholischen Kirche nicht übereinstimmt?

In allweg; dahero des gantzen Himmels verfehlen jene falsche Politici unserer Zeiten, oder wie man sie nennt, Liber-

riſtas, Syncretiſtas & Amphidoxos vocant, qui ad ſalutem conſequendam nil aliud opus eſſe ajunt, niſi ut vitam honeſtam quis agat, ſimúlque potiſſimos de SS. Trinitate & Chriſto articulos, Symbolo Apoſtolorum comprehenſos, credat. Errorem hunc peſtilentiſſimum, divinis litteris, SS. Patribus, totíque antiquitati & ſanæ rationi contrarium, Theologi Polemici invictis pridem argumentis confutârunt. Et certè quemadmodum non niſi *unus* eſt *DEus*, ita non niſi *una* pariter *fides* eſſe poteſt. *Idcirco ubi plures ſunt fides, jam incipit nulla eſſe fides*, ut jam olim S. Hilarius ad Conſtantium Auguſtum ſcripſit. Verbo; *quicunque vult ſalvus eſſe, ante omnia opus eſt, ut teneat Catholicam fidem, quam niſi quisque integram inviolatámque ſervaverit, absque dubio in æternam peribit.* Et quanta hæc temeritas dicam, an vecordia, viam incertam prorſus, intutámque præferre certæ, omniúmque judicio ſecuræ, Religioni nempe Catholicæ, quàm non ſolùm Catholici omnes, ſed ipſimet Acatholici rectà ad cœlum nos ducere haud diffitentur, quæque tot inſuper, ac tam manifeſtis ſignis notísque unicè vera eſſe evidenter demonſtratur, dum è diverſo ſectas contrarias, nullo hujusmodi ſigno conſpicuas, Catholici uno omnes ore condemnant, neminémque extra Eccleſiam Catholicam ſalutem conſequi poſſe perſuaſiſſimum habent? Hoc argumento convictus Henricus IV. Galliæ Rex, abjurata Calvini hæreſi, cum Eccleſia Catholica ſe conjunxit. Quin Beza ipſe, quantumvis Calvinianus, Catholicis ad ſe inviſentibus, déque vera ſalutis via ſolicitis, auctor fuit, in Religione Catholica ut permanerent; ſic enim de ſalute ſua minimè periclita-

tiner, Adiaphoristen, Syncretisten rc. denen alle Religionen gleich gelten, wann man nur ehrlich lebt; und glaubt die meiste in der Apostolischen Glaubens-Bekanntnus verfaßte Artickel von der heiligsten Dreyfaltigkeit und Christo. Diesen höchstschädlichen, und der Göttlichen Schrifft, heiligen Vättern, gantzem Alterthum und gesunden Vernunft widerstrebenden Irrthum haben die Theologi Polemici oder Controversisten vorlängst mit unwidersprechlichen Beweißthümeen widerlegt. Dann gleichwie nur ein wahrer GOTT ist; also kan auch nur ein wahrer Glaub seyn. Dahero wo mehr Glauben seynd, dort ist eben darum gar kein Glaube mehr, wie schon vor Zeiten der Heil. Hilarius an den Kayser Constantinum geschrieben. Mit einem Wort; Wer immer will seelig werden, der muß vor allem sich zum Catholischen Glauben bekennen. Dann wer diesem nicht durchaus beypflichtet wird ohn Zweiffel ewig zu Grund gehen. Und was ist wohl dieses für ein grosse Vermessen Dummn-und Dollheit daß man einen ungewissen und unsicheren dem gantz gewissen und aller Meynung und Urtheil nach sichersten Weg vorziehe, der Catholischen Religion nemlich, von der nicht nur alle Catholische insgesamt, sondern so gar die Uncatholische bekennen, daß man in selber könne seelig werden; zu geschweigen, daß eben diese noch über das mit so vielen und augenscheinlichen Kennzeichen die wahre, allein seeligmachende Religion zu seyn Sonnen-klar erwiesen wird: da hingegen die Catholische alle widrige Secten, die nicht ein einziges solches Kenn-Zeichen sämtlich können aufweisen, einhellig verwerffen und verdammen, auch unfehlbar glauben, daß niemand ausser der Catholischen Kirch könne seelig werden. Durch diesen Vernunft-Schluß ward Heinrich der Vierte, König in Franckreich dermassen überzeuget, daß er die Calvinische Sect abgeschworen, und sich mit der Catholischen Kirche vereiniget. Ja Beza selbst, unangesehen er ein Calvinist war, hat doch denen Catholischen, die ihn besuchten, und ihres Heils halber in Sorgen stunden, gerathen, sie solten nur auf der Catholischen Religion steiff beharren; dann

clitaturos. Et Melanchthon matri suæ grandævæ serio percontanti, utra Religio, Catholicáne, an Lutherana vera esset, planè apertéque fassus est, *hanc novam gratissimam; illam antiquam securissimam esse & certissimam.* Atque hæc ipsa, credo, causa est, quòd imminente jam morte, nemo unquam Catholicorum ab Ecclesia Romana desciverit; cùm tamen ad hanc transierint heterodoxorum non pauci, iter æternitatis jamjam ingressuri, quos inter Joannes Saxoniæ Elector, aliique complures.

3. Undenam tot hæreses & schismata sunt exorta?

Non aliunde, inquit S. Cyprianus, *quàm quòd Sacerdoti DEI non obtemperatur, nec unus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Judex vice Christi cogitatur. Unde enim schismata & hæreses obortæ sunt & oriuntur, nisi dum Episcopus, qui unus est, & Ecclesiæ præest, superba quorundam præsumptione contemnitur, & homo dignatione DEI honoratus ab indignis hominibus judicatur? Quis enim hic est superbiæ tumor, quæ arrogantia animi, quæ mentis inflatio, ad cognitionem suam Præpositos & Sacerdotes vocare?* Ita S. Cyprianus Epist. 55. ad Corn.

4. Qui, qualésque omnibus temporibus erant hæresum schismatúmque auctores?

Hos gentium Doctor 2. Timoth. 3. v. 2. sic graphicè describit, ac vivis quasi coloribus depingit: *Erunt homines se ipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, protervi, tumidi & volu-*

solcher Gestalt werde ihrer Seelen Seeligkeit gar nicht in Gefahr stehen. Auch Melanchthon, als seine wohlbetagte Mutter ihne ernstlich befragte, ob die Catholische, oder Lutherische die wahre Religion seye, bekannte unverholen, diese neue seye zwar sehr bequem und angenehm; jene alte aber seye die allersicherste und gewisseste. Und eben diß vermeyne ich die Ursach zu seyn, warum kein einziger Catholischer jemals bey herannahender Sterb-Stund von der Römischen Kirch seye abgewichen; da doch im Gegentheil viel aus den Uncatholischen, da sie allbereit in die Ewigkeit musten abreisen, zu uns seynd herüber gangen, worunter Johannes Churfürst zu Sachsen nebst mehr andern.

3. Woher seynd so viel Ketzereyen und Spaltungen entstanden?

Daher/ antwortet der Heil. Cyprianus, weil man dem Priester GOttes nicht gehorsamet/ noch einen Priester und Richter allein an statt Christi erkennet. Dann woher seynd die Trennungen und Ketzereyen entstanden/ und entstehen noch heut zu Tag/ als dieweil der Bischoff/ so nur ein einziger ist/ und der Kirch vorstehet/ von etlichen/ die aus Ubermuth sich selbst gar zu viel zumessen/ verachtet/ und ein Mensch/ den GOTT selbst Ehrenwerth hält/ von schlechten verächtlichen Leuthen gerichtet und geurtheilet wird. Dann was grosse Hoffart ist nicht dieses/ was Stoltz/ was Hochmuth/ was Aufgeblasenheit/ die Vorsteher der Kirch und höchste Priester selbst für ihr Gericht fordern därfen? Also meldet S. Cyprianus.

4. Was waren zu allen Zeiten die Urheber der Ketzereyen und Trennungen für Leuth?

Der Lehrer der Völcker entwirfft sie gantz lebhafft 2. Tim. . Es werden Menschen seyn/ die sich selbst lieb haben/ geitzig/ ruhmsüchtig/ hoffärtig/ Lästerer/ den Eltern ungehorsam/ undanckbar/ mit Lastern behafft/ unbarmhertzig/ unfriedsam/ Schmäher/ unzüchtig/ unmild/ unfreundlich/ Verräther/ muthwillig aufgeblasen/

voluptatum amatores magis quam DEI: habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. Talis erat Lutherus, talis Zwinglius, talis Calvinus, aliíque hæresiarchæ, & eorum sectatores.

5. Quo pacto hæreses pleræque disseminatæ fuêre?

1. Specioso ut plurimùm obtentu reformandæ Ecclesiæ, cujus tamen doctrina dogmatica, utpote eadem semper & immutabilis, nulla unquam emendatione & correctione indiguit. Morum verò disciplina ab egregiis scilicet his reformatoribus adeò reformata non est, ut horrendis potiùs corruptelis deformata fuerit ac depravata. Et verò quis ad restituendam morum disciplinam à DEO missos esse credat homines ob infanda flagitia publicè infames, DEO & Ecclesiæ rebelles, ferro & rogo dignos, quorum immanem arrogantiam, fastum, insolentiam, pervicaciam, ambitionem, rabiem plus quàm diabolicam, petulantiam, impudentiam, obscœnitatem, impudicitiam, perduellionem, impietatem, maledicentiam, blasphemias, enormia mendacia, calumnias atrocissimas vel soli libri ab iisdem conscripti orbi universo ob oculos ponunt?

2. Hæresiarchæ plerique litteras divinas suis obtendunt erroribus; cùm tamen ne unicum quidem dogma, Ecclesiæ Catholicæ contrarium, ipsismet sacræ scripturæ verbis, sed suis duntaxat interpretationibus fallacissimis ac perversissimis possint astruere. Et tamen sacrilegi isti bibliomastiges rudi & imperitæ plebeculæ sua pseudoglossemata pro puro puto Euangelio ac verbo DEI venditant; majórque mendacissimis his sycophantis adhibetur fides, quàm

blasen/ welche die Wollust mehr lieben/ dann GOTT; die wohl einen Schein haben der Gottseeligkeit/ aber derselbigen Kraft verläugnen. Also war Luther, Zwingel, Calvin und andere Ertz-Ketzer samt ihren Anhängern geartet.

5. Wie seynd die meiste Ketzereyen ausgebreitet worden?

1. Mehrentheils unter dem Schein und Vorwand die Kirch GOttes zu reformiren, dero Glaubens-Lehr jedoch, als welche jederzeit gantz unveränderlich ist, auch nicht der allergeringsten Verbesserung jemals hat nöthig gehabt. Die Sitten-Lehr betreffend ist selbe von diesen saubern Reformirern nicht allein nicht verbessert, sondern auf das greulichste verwüstet, verkehrt und verderbt worden. Und wer solle sich wohl bereden können, daß GOtt zu Verbesserung der Sitten-Lehr solche Leuth gesendet, die ihrer abscheulichen Laster halben öffentlich verschreyt, wider GOtt und die Kirch sich empört? die als Hencker-mäßige Böswicht Feuer und Schwert verdienet? derer unerhörten Hochmuth, Aufgeblasenheit, Prahlerey, Hartnäckigkeit, Ehrgeitz, mehr als teufflische Raserey, Muthwillen, unverschämte Ausgelassenheit, Unfläterey, Unzucht, Verletzung der höchsten Obrigkeit, Schmäh-Sucht, Gottslästerungen, ungeheure Lugen und grausamste Verleumdungen ihre eigne in Druck gegebne Bücher der gantzen Welt klar vor Augen stellen?

2. Die meiste Ertz-Ketzer pflegen ihre Affter-Lehr mit dem Deckmantel der H. Schrifft zu verhüllen und zu beschönen; da sie doch nicht einen einzigen, der Catholischen Kirch widrigen Lehr-Punct aus der Heil. Schrifft selbst können behaupten, sondern hierinnfalls bloß allein auf ihre falsche, betrügliche und gantz verkehrte Auslegungen sich gründen. Und dannoch unterstehen sich diese Gottsschänderische Bibel-Verfälscher dem einfältigen, ungelehrten Pöfel ihre Grund-falsche Auslegungen für das reine Evangelium und pur lautere Wort GOttes zu verkauffen; und pflegt man diesen Gewissenlosen Leuth- und Land-Betrügern, und Welt-Lügnern weit

quàm tot Conciliis Oecumenicis, tot SS. Patribus, Spiritu DEI cœleſtíque ſapientiâ plenis, imò Ecclesiæ universæ omnis veritatis Magiſtræ.

3. Novatores plerique, ut glaucoma objiciant populo, ſpecioſum ſibi nomen imponunt. Sic quidam ex antiquis hæreticis *Gnoſticorum* ſive *Intelligentium*, alii *Apoſtolicorum*, alii *Catharorum*, alii *Angelicorum* nomen ſibi arrogabant. Pari ratione hodierni Sectarii partim *Reformati*, partim *Euangelici*, dici volunt; cùm tamen doctrinam teneant Euangelio prorſus contrariam, nec alio nomine dici poſſint *Euangelici*, quàm Scipiones illi Romani, qui cognominati ſunt *Africani*, quia vaſtârunt Africam.

6. Quodnam diſcrimen Catholicam inter & acatholicam doctrinam?

1. Doctrina Catholica clara, aperta & ſimplex; acatholica verò obſcura, captioſa, ambigua, fucata & inanibus verborum phaleris variíſque diabolicæ nequitiæ tegumentis involuta eſt. 2. Doctrina Catholica pacem parit & concordiam; acatholica lites, diſcordias, diſſenſiones, tumultus, factiones, rerúmque omnium converſionem & perturbationem &c. 3. Catholica ad ſanctum ſui odium, ſubmiſſionis, obedientiæ, ſui deſpicientiæ, & Euangelicæ perfectionis ſtudium impellit; acatholica verò prorſus contrarium docet. 4. Doctrina Catholica, utpote à Spiritu Sancto profecta, in primo ſui exortu perfecta mox erat & conſummata, ita ut ne minima quidem immutatione, correctione, aut inſtauratione unquam indiguerit; contra acatholica, utpote non à DEO, ſed à patre mendaciorum Diabolo inventa, mutari identidem & interpolari, recudi,

mehr zu glauben, als so vielen allgemeinen Kirchen-Versammlungen, so vielen mit dem Geist GOttes und himmlischer Weisheit begabten heiligen Vättern, ja der gesammten Kirch GOttes, die doch eine Lehrmeisterin aller Wahrheit ist.

3. Die meiste Ketzer schöpfen sich selbst allerhand schöne Nahmen, um hierdurch dem gemeinen Mann einen blauen Dunst für die Augen zu machen. Also nannten sich einige aus den alten Ketzern die Verständige/ andere die Apostolische/ andere die Reine/ wiederum andere die Englische ꝛc. Eben also wollen die jetzige Sectirer theils Reformirte, theils Evangelische genannt werden, da sie doch zu einer dem Evangelio Schnur-stracks entgegen gesetzten Lehr sich bekennen, und nicht anderst Evangelisch können benahmset werden, als jene Römische Scipiones, welche Africanisch zugenannt worden, weil sie Africam verhergt haben und verwüstet.

6. Was ist für ein Unterscheid zwischen der Catholischen und Uncatholischen Lehr?

1. Die Catholische Lehr ist klar, aufrichtig und ungefälscht; die uncatholische hingegen ist dunckel, verdrehet, zweydeutig, betrüglich, voller Plauderwerck und teufflischer Schalckheit. 2. Die Catholische Lehr bringt Fried und Einigkeit; die uncatholische Lehr aber Zwyspalt, Uneinigkeit, Meutereyen, Empörungen, Aufruhren, lauter Unordnung und Verwirrung. 3. Jene treibt die Catholische stets an zu einem heiligen Haß gegen sich selbst, zur Demuth, Gehorsam, selbst eigner Verachtung, und Evangelischer Vollkommenheit; diese entgegen lehrt gerad das Widerspiel. 4. Die Catholische Lehr, eben darum weil sie vom Heiligen Geist selbst herkommt, war gleich in ihrem Anfang gantz vollkommen und ausgemacht, also daß sie auch nicht der allergeringstē Aender- und Verbesser- oder Erneuerung jemals nöthig gehabt. Die Uncatholische dargegē, weil sie nicht von GOtt, sondern von dem Teuffel jenem Ertz-Lügner entsprossen, hat immerdar müssen geändert, gefeilt, geflickt, ausgebutzt und ausgebessert

recudi, repoliri, & reconcinnari debuit, uti manifestè conſtat vel ex ſola Confeſſione Auguſtana, quæ, cùm in Comitiis Auguſtanis A. 1530. Caroli V. Imperatoris, omniúmque Imperii Ordinum conſpectum primò ſubiiſſet, nón niſi habitu commutato, & ab ipſa adeò Eccleſia Romano-Catholica mutuato comparere, & in faciem ſummi illius Monarchæ, omniúmque Imperii Procerum protervè impudentérque mentiri auſa eſt, *ſe in NULLO fidei articulo diſſentire ab Eccleſia Catholica ſive Romana; cùm TOTA diſſenſio ſit de paucis quibusdam abuſibus.* Nam ſi ita eſt, quo igitur jure tot támque funeſtas tragœdias excitârunt *Confeſſioniſtæ*? Quo jure tot tantísque turbis, diſſidiis, factionibus, ſeditionibus, bellis civilibus, ſacrorum profanatione & populatione non ſolùm inclytam noſtram Germaniam, ſed Eccleſiam DEI univerſam infeſtârunt, lacerarúntque, irreparabili tot millium animarum exitio? Num ergo propter *paucôs quosdam abuſus* licet ſeceſſionem facere ab Eccleſia univerſali, fidem DEO, hominibúsque datam impunè violare, in Chriſti Vicarium, in ſupremum ovium omnium Paſtòrem & Hierarcham non modò auſu ſacrilego inſurgere, verùm etiam velut Antichriſtum ipſum odio plus quàm Vatiniano perſequi, religionem avitam à majoribus tanta pietate, fide & conſtantia ſemper cultam proſcribere penitus, & errores cùm novos, tum Eccleſiæ totius judicio pridem damnatos ſub ementita Euangelicæ veritatis larva introducere, in bona Eccleſiæ, Chriſtíque patrimonium per vim ac ſummam injuriam involare, Catholicos antiquiſſima tot Seculorum poſſeſſione exturbare, Turcas aliósque Eccleſiæ & Imperii

werden, wie augenscheinlich erhellet aus der Augspurgischen Confession; dann als diese auf dem A. 1530. zu Augspurg gehaltenen Reichs-Tag von Carolo V. dem Kayser und gesamten Reichs-Ständen das erstemahl sich öffentlich hat sehen lassen, getrauete sie sich nicht anderst, als in einem verwechselten, und von der Römisch-Catholischen Kirche selbst entlehnten Aufzug zu erscheinen; ja sie hat so gar jenen höchsten Welt-Monarchen und allen Reichs-Ständen gantz frech und unverschämt in das Gesicht dörffen hinein lügen, mit Vermelden, daß sie nicht in einem einzigen Glaubens-Artickel mit der Römisch-Catholischen Kirche uneins seye; allermassen der gantze Unterscheid und Mißhelligkeit nur allein in etwelchen Mißbräuchen bestehe. Wann dem nun also, mit was Recht und Fug haben wohl die Augspurgische Confeßions-Verwandte so viel und entsetzliche Unruhen, Meutereyen, und Lermen können erregen? Mit was Recht haben sie durch so viel und grosse Empörungen, Trennungen der Gemüther, Zusammenrottungen, Aufruhren, einheimische Krieg, Entheilig- und Verwüstung der GOtt-gewidmeten Sachen nicht nur unser werthes Teutschland, sondern die gantze Kirch GOttes mit unwiderbringlichem Verlust so vieler tausend Seelen gekränckt und jämmerlich zerrissen? Ist man dann wegen etlich wenigen Mißbräuchen also gleich befugt von der allgemeinen Kirch GOttes sich gäntzlich zu trennen, die GOtt und denen Menschen geschworne Treu und Glauben frey und ohne Scheu zu brechen, wider den Statthalter Christi, wider den von GOtt über alle seine Schaf gesetztẽ Ober-Hirten, wider den höchstẽ Priester nicht nur gottloser Weise sich aufzulehnen, sondern selben als den Antichristen selbst tödtlich und unversöhnlich zu hassen und zu verfluchen, die uralte Religion, dero ihre liebe Vor-Eltern mit solchem Eifer, Treu und Standhafftigkeit jederzeit angehangen, gäntzlich abzuschaffen, und an dero Statt theils neuer Dings ersonnene, theils von der gesamten Kirch GOttes schon längst verdammte Irrthümer unter der betrüglichẽ Larve Evangelischer Wahrheiten einzuführen, die Kirchen-Güter und Erbtheil Christi gewaltthätig- und ungerechter Weise an sich zu reissen, die Catholische von ihrer uralten

viel

Imperii hoſtes in patriæ excidium evocare, arma cum iis ac fœdera contra Imperatorem legitimum ſuum Dominum & Catholicos Imperii Ordines jungere, hósque ad pacta DEO, Eccleſiæ, & Religioni contraria ſubſignanda vi armorum adigere, divina demum atque humana omnia permiſcere &c. & hæc aliáque innumera TANTUM PROPTER PAUCOS QUOSDAM ABUSUS?

§. 6.

De Conciliis.

1. Quem in finem cogi ſolent Concilia Oecumenica?

Ad quæſtiones de Religione controverſas cognoſcendas, dirimendásque, refellendos item ac damnandos hæreticorum errores, morúmque diſciplinam reſtituendam.

2. Penes quem poteſtas eſt indicendi & convocandi Concilia Oecumenica?

Penes ſolum Papam, tanquam Eccleſiæ caput, Chriſtique in terris Vicarium, qui Conciliis hujusmodi vel ipſe per ſeſe, vel per Legatos præſideat neceſſe eſt; ſecus enim Concilium foret acephalum, nulliúsque auctoritatis, uti ex perpetua Eccleſiæ praxi usúque manifeſtum eſt.

3. Cur Concilium generale legitimè congregatum in decidendis Fidei dogmatis certæ omnino & indubitatæ auctoritatis eſt?

Quia univerſam DEI Eccleſiam repræſentat. Si proinde hujusmodi Concilium errare poſſet, univerſa erraret Eccleſia; quod tamen diſertis Chriſti verbis & promiſſionibus manifeſtè repugnat, dum *portas inferi* adverſus Eccleſiam nunquam prævali-

turas

viel hundert-jährigen Besitzung zu verstossen, die Türcke und andere geschworne Kirchen- und Reichs-Feind zum Untergang des Vatterlands anzuhetzen und herbey zu locken, sich mit selbigen wider den Kayser als ihr rechtmäßiges Oberhaupt, und wider die Catholische Reichs-Stände zu verbinden, höchst nachtheilige und wider GOtt, die Kirch, Religion und Gewissen streitende Verträg und Friedens-Schlüß mit Gewalt der Waffen zu erzwingen, ja alle geistlich und weltliche Rechte unterübersich zu kehren ꝛc. und dieses alles, anderer unzahlbarer Ubeln zu geschweigen, allein wegen etlichen wenigen Mißbräuchen?

6. Absatz.

Von denen Kirchen-Versammlungen.

1. Zu was Ziel und End werden die allgemeine Kirchen-Räth versammlet?

Zu Untersuch- und Entscheidung der Glaubens-Strittigkeiten, zu Widerleg- und Verdammung der Ketzerischen Irrthümer, wie auch zu Wiederherstell- und Verbesserung der Sitten.

2. Wer hat den Gewalt ein allgemeines Concilium auszuschreiben und zu versammlen?

Der Pabst allein als das Ober-Haupt der Kirch und Statthalter Christi auf Erden, welcher entweders in eigner Person, oder durch seine Legaten dergleichen Versammlungen vorstehen muß; dann sonst wäre ein solches Concilium Haupt-los, und folglich ohne Gewalt, wie aus beständigem Gebrauch und Ubung der Kirch GOttes sattsam erhellet.

3. Warum ist ein rechtmäßig versammletes allgemeines Concilium in Glaubens-Sachen unfehlbar?

Alldieweil selbes die allgemeine Kirch vorstellt. Dafern nun ein dergleichen Versamlung irren kunte, wurde folgsam die gantze Kirch irren und fehlen; welches jedoch wider die ausdrückliche Zusag und Verheissung Christi wäre, als welcher Versprochen, daß die Kirch von denen Porten der

turas pollicitus est: prævalerent autem, si in definiendis Fidei dogmatis errare posset Ecclesia; neque hæc *columna* ampliùs foret, ac *firmamentum veritatis*, uti ab Apostolo 1. Tim. 3. v. 15. appellatur.

4. Cur Protestantes identidem ad Concilium appellârunt?

Eventus docuit, id non alio eos animo fecisse, quàm ut sectam suam novis interea coitionibus & factionibus magis stabilirent: ac præcipuè ne bona, Ecclesiæ Christi ablata, restituere juberentur. Pergebant hi interim sacra & profana rapinis violare, modísque indignissimis vexare Catholicos. Qui, cùm injustè ablata repeterent, atque injuriarum postularent heterodoxos, hi religionis scilicet libertatem obtendere, atque ad futurum Concilium, quod palàm quidem flagitabant, occultis verò consiliis penitus detrectabant, Catholicos ablegare solebant. Coactum igitur tandem aliquando fuit post perrupta difficillima obstacula Concilium Oecumenicum.

5. Num Protestantes quoque comparuêre?

Invitati hi iterum ac sæpiùs fuêre, facta liberrima disputandi, & ultrò citróque commeandi copia; sed incassum omnia. Nam perinde atque olim Ariani Concilium Nicænum I. & alii alia Concilia legitimè coacta fuisse negabant; ita & Protestantes sexcenta quærebant effugia & diverticula: quin eò arrogantiæ & insolentiæ sunt progressi, ut & Christi Vicarii & totius Concilii Oecumenici Judices sese ipsi constituere, uniúsque flagitiosissimi ac mendacissimi apostatæ somnia vanissima certissimo & indu-

Höllen niemal werde überwältiget werden; so doch geschehen wurde, dafern selbe in Glaubens-Sachen irren kunte. Wäre auch nicht mehr ein Pfeiler und Grund-Veste der Wahrheit/ wie sie der H. Paulus 1. Tim. 3. v. 15. nennet.

4. Warum haben die Protestanten immerdar an ein Concilium appellirt?

Der Ausgang erwiese klar, daß sie solches keiner andern Ursach halber gethan, als damit sie unterdessen ihre Sect mit neuen Verbündnussen und grösserm Anhang je mehr und mehr kunten verstärcken; und sonderbar damit sie nicht die der Kirch Christi entwendete Güter wieder müßten zustellen. Inmittelst fuhren sie fort mit geistlich- so wohl als weltlichem Raub sich zu bereichern, und mit denen Catholischen unbillichster Weise zu verfahren. Als nun diese das abgenommene wieder forderten, und sich wegen angethaner Unbild und Gewaltthätigkeit bey denen Uncatholischen beklagten, schützten diese jederzeit die Religions-Freyheit für, und wiesen ihre Ankläger an ein zukünfftiges Concilium, welches sie zwar öffentlich inständigst begehrten, in der Stille aber auf alle Weise zu hintertreiben, und niemal selbigem Folg zu leisten suchten. So ist dann endlich nach sehr viel und grossen Beschwerden und Hindernussen ein allgemeines Concilium ausgeschrieben worden.

5. Haben sich die Protestanten auch dabey eingefunden?

Sie wurden zwar mehrmalen dahin eingeladen mit Anerbietung aller erdencklichen Freyheit, ihr Wort nach Belieben fürzubringen, auch ungehindert hin und wieder zu reisen; aber alles vergebens. Dann gleichwie vor Zeiten die Arianer das erste Nicänische, und andere Ketzer andere Concilia nicht für rechtmäßig erkannten; also suchten auch die Protestanten allerhand Ausfluchten und Abweg. Ja sie kamen in ihrer Hoffart und Ubermuth so weit, daß sie sich selbst zu Richtern des Statthalters Christi und der gantzen allgemeinen Kirchen-Versammlung aufzuwerffen, und die leere, eitle Einbildungen eines gottlosen, verlogenen Mameluckens

indubitato prorſus Eccleſiæ totius judicio præferre non dubitârint.

6. Nonne heterodoxi omnes ſolius Scripturæ judicio ſtare ſe velle profitentur?

Vetus hæc ac veteratoria fraus eſt omnium hæreticorum, qui ipſius adeò S. Scripturæ pallio errores ſuos fœdiſſimos obtegere nituntur, magiſtri ſui Diaboli exemplo. Quemadmodum enim hic Chriſtum ipſum; ita illi Chriſti ſectatores circumvenire tentant, identidem vociferando: *Scriptum eſt enim*; imò hanc unicam Fidei ſuæ regulam ſtatuendo: *Nihil credendum, niſi in ſacris expreſſum Bibliis.* Sed vos jam appello, quotquot eſtis, Acatholici! Imò ad Scripturam, ſolum & unicum veſtrum Judicem ipſius provoco. Edicite! Quo libro, quo capite, quo verſu ſcriptum eſt: *Nihil credendum, niſi in ſacris expreſſum Bibliis?* Ibi lego 2. Theſs. 2. v. 14. *Tenete traditiones, quas didiciſtis, ſive per ſermonem, ſive per epiſtolam noſtram.* Item Matth. 18. v. 17. *Si autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus*, &c. Hæc, pluráque hujusmodi lego in Scriptura: at verò fundamenti illius, cui totam pſeudo-Euangelii veſtri fabricam ſuperſtruitis, ne veſtigium quidem in univerſis Bibliis usquam invenio. Quæro inſuper ex vobis, ubinam ſcriptum ſit 1. hanc, ad quam appellatis, Scripturam eſſe divinam? 2. ritè fuiſſe verſam? 3. eſſe penitus incorruptam? 4. & præcipuè, hunc eſſe verum ejusdem Scripturæ ſenſum, quem Lutherus aliquis, aut Zwinglius, aut Calvinus inde eruit; falſum verò illum quem Eccleſia DEI univerſa, in Concilio Oecumenico legi-

timè

dem gewissen und unfehlbaren Urtheil und Ausspruch der gantzen Kirch vorzuziehen unterstunden.

6. Beziehen sich dann nicht alle Uncatholische bloß allein auf das Urtheil und Ausspruch der Heil. Schrifft?

Dieses ist schon ein altes Lied, und arglistiger Betrug aller Ketzer, welche unter dem Deckmantel der Heil. Schrifft ihre abscheulichste Irrthümer wollen verhüllen, nach dem Beyspiel ihres Lehrmeisters des Satans. Dann gleichwie dieser Christum, also suchen sie die Christen zu überlisten, da sie immerdar schreyen: So stehts geschrieben: ja keine andere Glaubens-Regul wollen zulassen, als diese; Nichts seye zu glauben/als was in der Bibel geschrieben. Nun beruff ich mich an euch, Uncatholische, so viel euer immer seynd! ja ich appellire selbst an die Heil. Schrifft, als euren einzigen Richter. Sagt dann her! wo, in was für einem Buch, in welchem Capitel oder Vers stehet geschrieben: Nichts ist zu glauben/ als was in der Bibel geschrieben? Ich lese daselbst 2. Thessal. 2. v. 14. Haltet die Satzungen / die ihr entweder durch unsere Wort / oder durch unsere Send-Brief gelernt habt. Und wiederum Matth. 18. v. 17. Wann er aber die Kirch nicht höret / so halt ihn für einen Heyden ꝛc Dieses und mehr dergleichen lese ich in der Heil. Schrifft: aber jenes Fundaments, worauf euer gantzer Glaub und Affter-Evangelium sich gründet, finde ich in der gantzen Bibel nicht das allergeringste Anzeigen. Nun frag ich euch ferner, wo doch geschrieben stehe 1. daß eben diese Schrifft, auf die ihr euch beruffet, die wahre und Göttliche Schrifft seye? 2. daß sie getreulich seye übersetzt worden? 3. daß selbe gantz unverfälscht seye? 4. und fürnemlich daß dieses der eigentliche und wahre Verstand, welchen ein Luther, oder Zwingel, oder Calvin behaupten will; jener aber Grund-falsch, welchen die gesammte in einem allgemeinen Concilio versammlete Kirch GOttes, so viel

timè congregata, quem ſummi Pontifices, Chriſti ipſius in terris Vicarii, quem ſancti Patres & Eccleſiæ Doctores uno omnes ore aſtruunt? Adhæc ſcire pervelim, ubinam *ſcriptum ſit*, Paſcha die Dominica, & quaque hebdomade Dominicam Sabbati loco eſſe celebrandam? veſci item noſtra hac ætate licere *ſuffocatis & ſanguine?* baptizatos ab hæreticis non eſſe denuò baptizandos &c.? Quæ aliáque complura cùm S. Scriptura nusquam definiat, palàm eſt, ab hac ſententiam decretoriam ferri non poſſe, ſed vel ab Eccleſia univerſa in Concilio Oecumenico congregata, vel ab illius capite, pro quo Chriſtus ipſe rogavit Luc. 22. v. 32. *ut non deficiat fides ejus*, ſummo nempe Pontifice, legitimo Petri ſucceſſore. Quòd ſi ſolius Scripturæ judicio ſtandum, cur ergo Lutherani, Zwingliani, Calviniani, Anabaptiſtæ, aliíque hæretici in tot diverſiſſimas abeunt ſententias, tametſi eodem omnes Bibliorum nitantur teſtimonio?

§. 7.
De ritibus Eccleſiaſticis.

1. *Cur tot ritibus ac ceremoniis utitur Eccleſia?*

1. Externi hi ritus ſigna ſunt, teſtimonia & exercitia cultus interioris, quem DEus inprimis exigit. 2. His velut adminiculis ac Religionis incitamentis pietas, fervor & attentio populi Chriſtiani mirum quantum firmatur excitatúrque. 3. His fovetur & augetur dignitas majeſtásque divinorum myſteriorum. Inde enim quotquot rei interſunt divinæ, admonentur, nihil hîc profanum, ſed arcana quædam, & divinis plena myſteriis geri, quæ ſingularem exigant reverentiam. 4. His tandem conſervatur

Päbst oder Christi selbst Statthalter auf Erden, so viel heilige Vätter und Kirchen-Lehrer einhellig bestättigen? Uber das möchte ich wissen, wo doch geschrieben stehe, daß man das hohe Oster-Fest an einem Sonntag, und den Sonntag an statt des Sabbaths oder Samstags wochentlich feyern müsse? daß es jetzt erlaubt seye vom versteckten und vom Blut zu essen? daß die von denen Ketzern getauffte nicht wieder müssen getaufft werden ꝛc.? welches, und viel anders, weil es die H. Schrifft nirgends erörtert und entscheidet, ist ja kund und offenbar, daß von selber der Ausspruch und End-Urtheil nicht könne gefället werden, sondern von der gantzen in einem allgemeinen Concilio versammleten Kirch, oder von dero Ober-Haupt für welches Christus selbst gebetten, Luc. 22. v. 32. Daß sein Glaub nicht abnehme, von dem Pabst nemlich, des Heil. Petri rechtmässigen Stul-Erben. Wofern man nun an das Urtheil und Ausspruch der Heil. Schrifft einzig und allein sich halten solte, warum seynd dann die Lutheraner, Zwinglianer, Calvinisten, Wiedertäuffer samt andern Ketzern in ihren Meynungen so sehr unterschieden, da sie doch alle auf das Zeugnus der Heil. Schrifft allein sich beruffen.

7. Absatz.

Von denen Kirchen-Ceremonien.

1. Warum bedient sich die Kirch so vieler Ceremonien?

1. Diese äusserliche Ceremonien seynd Zeichen, Zeugnussen und Ubungen des innerlichen GOttes-Diensts, den GOTT hauptsächlich verlangt. 2. Hierdurch wird die Andacht, der Eifer und Aufmercksamkeit der Christlichen Gemeinde besonders gesteifft, unterhalten, und angefrischt, 3. auch das Ansehen, Hoheit und Majestät der Göttlichen Geheimnussen befördert und vermehrt; immassen dadurch alle und jede, so dem GOttes-Dienst beywohnen, erinnert werden, daß hier nicht eitle und weltliche, sondern verborgne, und Göttlicher Geheimnus-volle Sachen, welche ein sonderbare Ehrerbie-

tur disciplina Ecclesiastica & publica tranquillitas, fitque, ut honestè omnia, ac decenti quodam ordine, prout Apostolus jubet 1. Cor. 14. v. 40. peragantur.

2. *An non memoratæ ceremoniæ speciem quandam superstitionis præ se ferunt?*

Æquè parùm atque priscæ legis ceremoniæ longè plurimæ ac diversissimæ, quas DEus ipse populo Israëlitico observandas præscripsit, & Moyses retulit in librum Leviticum, Hebræorum ritualem.

3. *Num & Sectarii sacros quosdam ritus etiam nunc observant?*

Cùm hi careant sacerdotio, & sacrificio, ac Sacramentis, excepto Baptismo, quem hominum quilibet rationis particeps, cujuscunque Religionis, conditionis ac sexus administrare potest, mirum non est, ritus quoque sacros ab iisdem dudum fuisse antiquatos: utut *Protestantes* in Confessione Augustana A. 1530. Carolo V. oblata, coram Imperatore omnibúsque Imperii Ordinibus solemniter sint contestati: *Falsò accusantur Ecclesiæ nostræ, quòd Missam aboleant; retinetur enim Missa apud nos & summa reverentia celebratur. Servantur & usitatæ ceremoniæ ferè omnes &c.* Id quod in ejusdem Confessionis Apologia iteratò profitentur his verbis: *Fiunt enim apud nos Missæ singulis Dominicis, & aliis Festis --& servantur usitatæ ceremoniæ publicæ, ordo lectionum, orationum, vestitus, & alia similia.* Item in libro Concordiæ: *Ceremoniæ similes usitatis servantur; tantum numerus Missarum est dissimilis.* Quàm sanctè autem ac verè isthæc asse-

tigkeit erfordern, abgehandelt werden. 4. Letztlich wird hierdurch gute Zucht und Kirchen-Ordnung, auch allgemeine Ruhe, Fried und Einträchtigkeit erhalten, und Anstalt gemacht, daß alles ehrlich und in guter Ordnung geschehe / wie der Apostel befilcht 1. Cor. 14. v. 40.

2. Haben die Kirchen-Ceremonien nichts aberglaubisches an sich?

Eben so wenig, als jene so vielfältige und sehr unterschiedene Ceremonien im alten Gesatz, welche GOtt selbst dem Israelitischen Volck zu halten befohlen, und Moyses in dem Buch Leviticus genannt, welches gleichsam der Hebräer Ritual oder Ceremonien-Buch ist, aufgezeichnet hat.

3. Gehen auch bey denen Sectirern einige Kirchen-Gebräuch annoch im Schwang?

Weil diese weder Priester, weder Opffer, weder Sacramenten mehr haben, ausser die Tauff, so ein jeder vernünfftiger Mensch, was Glaubens, Stands und Geschlechts er immer ist, kan mittheilen, ist kein Wunder, daß auch die Kirchen-Ceremonien von ihnen seyen abgethan worden, unangesehen die Protestanten in der A. 1530. Carl dem fünften übergebenen Augspurgischen Confession vor dem Kayser und gesammten Reichs-Ständen hoch betheuert: **Man leget den unsern mit Unrecht auf/ daß sie die Meß sollen abgethan haben. Denn das ist öffentlich/ daß die Meß/ ohne Ruhm zu reden/ bey uns mit grösserer Andacht und Ernst gehalten wird/ den bey den Widersachern. So werden auch fast alle gewöhnliche Ceremonien beobachtet :c** Welches sie in der Apologie oder Schutz-Rede der Augspurgischen Confession abermahl mit diesen Worten bestättigen: **Denn es werden bey uns alle Sonn- und Feyertag Messen gehalten :: So werden auch dabey beobachtet die sonst gebräuchliche öffentliche Ceremonien / die Ordnung der Lectionen / Gebetter / Meß Gewand und dergleichen.** Und in dem Concordien-Buch: **Die Ceremonien werden / wie sonst ge-**

afſeverentur, noverint illi, qui heterodoxis immiſti degunt. Et tamen memoratos modò libros, tam craſſis apertísque mendaciis refertos, pro Fidei Symbolis habent Proteſtantes!

§. 8.

De Religioſis familiis.

1. Quem in finem hæ inſtitutæ fuerunt?

Ut Chriſtiani illi, qui ad majorem vitæ ſanctimoniam aſpirant, Euangelicam paupertatem, caſtitatem, & obedientiam amplectendo, ſe totos Dei poſſent obſequio addicere, rerum caducarum cura omni abjecta. Quæ vivendi ratio ſicut Chriſtum ipſum auctorem habet ac ducem, & cum Eccleſia ſumpſit exordium; ita ob ſublimem ſuum ſcopum, & efficaciſſima ſalutis perfectionísque Chriſtianæ ſubſidia commendanda ſummopere & æſtimanda eſt.

2. Cur tot, tamque diverſa ſunt Ordinum Religioſorum ſtatuta?

Cùm diverſæ ſint hominum vires, ſtudia, propenſiones, ingenia, corporis animíque dotes, DEus ſacrorum Ordinum conditoribus diverſas pariter oſtendit vias, quibus eò expeditius certiúsque ad finem ultimum perveniri poſſit. Hæc ipſa porrò varietas Ordinum ſingulari ornamento juxta & emolumento eſt Eccleſiæ militanti, perinde atque in acie legiones, armis, veſtibus, apparatu, modóque & arte pugnandi magnopere inter ſeſe diſtinctæ.

3. *Cur*

bräuchlich/ beobachtet ; die Zahl der Messen allein ist ungleich. Wie wahrhafft aber alle diese so hohe Betheurungen seyn, wird jenen zu Genügen bekannt seyn, welche unter denen Uncatholischen wohnen. Und dannoch halten die Protestanten gedachte mit so vielen groben und offenbaren Lügen gespickte Bücher für Symbolische Glaubens-Verfassungen.

8. Absatz.

Von denen geistlichen Orden-Ständen.

1. Zu was Ziel und End seynd selbe eingesetzt worden?

Damit jene Christen, welche nach einer höhern Vollkommenheit trachten, durch Ausübung der Evangelischē Armuth, Keuschheit und Gehorsam, sich gantz und gar GOtt könten schencken und aufopffern mit Hindansetzung aller zeitlichen Sorgen. Welche Lebens-Art gleichwie sie Christum selbst zum Urheber und Anführer hat, und schon mit der Kirch ihren Anfang genommen; also kan dieselbe wegen ihres hohen Absehens und kräfftigsten Hülffs-Mitteln das ewige Heyl und Christliche Vollkommenheit zu erlangen nicht genug gerühmt und geschätzt werden.

2. Warum seynd so viel und unterschiedliche Ordens-Satzungen eingeführt worden?

Weil die Kräfften, Sinn und Verstand, Ubungen, Zuneigungen, Leibs- und Gemüths-Gaben bey denen Menschen so sehr unterschieden, hat GOtt denen Ordens-Stifftern gleichfalls verschiedene Weg gezeiget, um hierdurch desto leichter und sicherer zum letzten und höchsten Ziel zu gelangen. Und bringt eben dieser Unterschied und Ungleichheit der Ordens-Ständen ein nicht geringe Zierd, und Vortheil der streitenden Kirch, wie in einer Schlacht-Ordnung die Viele der Regimenter, welche an Waffen, Aufzug, Ausrüstung, Weise und Manier zu kriegen von einander sehr unterschieden seynd.

3. Cur Lutherus, Calvinus, aliíque hæretici tanto feruntur odio in familias Religiosas?

1. Quia hæ ſubſidiariæ quaſi cohortes ſunt, quas Deus ſingulis propè Seculis conduxit, laboranti ut Eccleſiæ adverſus hæreticorum potiſſimùm oppugnationes ſuppetias irent. 2. Cùm hæretici omnes, etiam illi ipſi, qui *Euangelici* appellari volunt, capitales & internecini ſint hoſtes *Euangelicæ* caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ, inediæ item & afflictationum corporis &c. nemo, credo, mirabitur, quòd & inſtitutum ipſum, & qui eidem ſe devovent, tantopere averſentur. Adde, hæreſiarchas non paucos à Religioſis caſtris ad Luciferi ejúsque fœderatorum vexilla transfugiſſe.

§. 9.
De Sanctis.

1. Súntne in Eccleſia Catholica Sancti quidam?

Id ne Lutherani quidem inficias eunt; nam in Apologia Confeſſionis Auguſtanæ & majore Catechiſmo Lutheri Bernardum, Franciſcum, Bonaventuram vitam piam ſanctámque duxiſſe ultrò fatentur: atqui hi ipſi & Catholici erant, & Religioſæ familiæ alumni.

2. Num & Sectariorum aliqui inter Sanctos numerari poſſunt?

Minimè omnium; nam quo pacto ſancti eſſe poſſunt, qui 1. non ſolùm Euangelica, ut diximus, conſilia floccipendunt, ſed ne divinas quidem leges obſervant; imò obſervari poſſe negant? 2. Qui opera bona, Pœnitentiæ Sacramentum aliáque perfe-

3. Warum ist Luther / und Calvin nebst andern Ketzern denen geistlichen Orden-Ständen dermassen gehäßig und feind?

1. Weil diese gleichsam Hülffs-Völcker seynd, welche GOtt zu allen Zeiten geworben und besoldet, damit sie der bedrängten Kirch sonderbar wider die feindliche Anfäll der Ketzer zu Hülff kämen. 2. Weil alle Ketzer, auch jene so gar, welche Evangelisch wollen genennet werden, geschworne und abgesagte Feind seynd der Evangelischen Keuschheit, Armuth und Gehorsam, ingleichen des Fastens und Abbruchs, Casteyung des Leibs rc: darf ja niemand sich verwundern, daß sie so wohl das Closter-Leben, als die sich zu selbigem bekennen, so sehr hassen und verabscheuen. Hierzu kommt noch, daß viel Ertz-Ketzer aus den Clöstern gesprungen, und zu des Lucifers und dessen Bunds-Genossen Parthey übergangen.

9. Absatz.

Von denen Heiligen.

1. Gibt es in der Catholischen Kirch Heilige?

Dieses laugnen die Lutheraner selbst nicht; massen sie in der Apologie der Augspurgischen Confeßion und in dem grossen Catechismo Lutheri ausdrucklich bekennen, daß Bernardus, Franciscus, Bonaventura fromm und heilig gelebt haben: nun waren aber diese Catholisch, und zugleich Ordens-Männer.

2. Können auch aus denen Sectirern einige für Heilige gehalten werden?

Gantz und gar nicht: dann wie können wohl jene heilig seyn, welche 1. nicht nur nach denen Evangelischen Räthen, wie schon gemeldet worden, nichts fragen, sondern so gar die Gebott GOttes nicht halten; ja noch über das lehren därffen, daß man selbe nicht halten könne? 2. Welche die gute Werck, das Sacrament der Buß, und andere Hülffs-

perfectionis & sanctitatis adminicula è medio tollunt? 3. Qui Deum faciunt peccati auctorem? 4. Qui hominis mentem libera spoliant voluntate? 5. Qui Deum ipsum in suo spernunt Vicario? 6. Qui Ecclesiam non audiunt, ac proinde ex Christi effato sunt *sicut Ethnici & Publicani?* 7. Quorum duces & magistri non modò non fuerunt sancti, sed apostatæ perditissimi, ac profligatissimi, nullius prorsus fidei ac Religionis? 8. Quorum sectatores abjurato Papatu, ipsomet Luthero, & Calvino teste, non tantùm *non facti sunt meliores, sed longè etiam deteriores*, utpote *multò liberiùs ac licentiùs in omnem scelerum libidinem effusi, nec ab uno duntaxat, ut priùs in Papatu, sed à septem jam Diabolis*, fatente Luthero, *obsessi?* &c. Si hæc in ipso adeò *magnæ* illius, ut vocant, *reformationis* exordio, ubi major plerumque existit fervor accidisse constat, quid de annis demum posterioribus sentiendum?

3. An non inter Acatholicos quoque sunt, qui vitam ducant longè honestiorem, quàm multi Catholicorum?

Fuêre olim inter ethnicos quoque, qui in speciem vitam ducebant longè honestiorem, quàm multi Sectariorum: num idcirco sancti erant? Quòd plurimi Catholicorum sint improbi, in causa est perversa illorum voluntas, non doctrina Catholica, cui si vitam ac mores conformarent, sancti profectò essent omnes. At cùm Sectariorum doctrina sit evidenter falsa, blasphema, impia, Euangelio contraria, viam sternens ad omnem scelerum licentiam, præcipuáque sanctitatis adminicula è medio tollens, qui hujusmodi tenent doctrinam, sancti esse

non

Mittel zur Vollkommen- und Heiligkeit zu gelangen gäntzlich aufheben? 3. Welche GOtt zu einem Urheber aller Sünden machen? 4. Welche dem Menschen den freyen Willen absprechen? 5. Welche GOtt selbst in dessen Statthalter verachten? 6. Welche die Kirch nicht hören, und folgsam nach dem Ausspruch Christi gleich seynd denen Heyden und Publicanen? 7. Derer Anführer und Lehrmeister nicht allein nicht heilig gewesen, sondern die verruchteste Mammelucken, und Ertz-Böswicht, die ohne allen Glauben und Religion dahin lebten. 8. Derer Anhänger nach abgeschwornen Pabstthum nicht allein nicht besser und frömmer, sondern nach selbst eigner Bekanntnus des Luthers und Calvins weit schlimmer und boshaffter worden, als die sich nur desto freyer und unverschämter in dem Wust aller Laster herum weltzen, und nicht nur von einem, wie zuvor im Pabstthum, sondern nunmehro von sieben Teuffeln/ nach Luthers Ausrechnung, besessen seynd rc. Wann nun dieses alles gleich zu Anfang jener, wie sie es nennen, grossen Reformation geschehen, da der Eifer insgemein weit grösser ist, was soll man erst von denen nachgehenden Zeiten gedencken?

3. Seynd nicht auch bey denen Uncatholischen einige/ die weit ehrbarer leben als viel Catholische?

Es waren auch einige bey denen Heyden, die weit ehrbarer lebten, als viel aus denen Sectirern: seynd sie deßwegen heilig gewesen? Daß sehr viel aus denen Catholischen lasterhafft seyn, kommt her von ihrem boshafften und verkehrten Willen; nicht aber von der Catholischen Lehr, nach welcher wann sie ihr Leben wurden einrichten, wären sie eben darum alle heilig. Weil hingegen die Lehr der Sectirer handgreifflich falsch, gottslästerisch, gottloß und klar wider das Evangelium ist, auch zu allem Muthwillen und Ausgelassenheit Thür und Thor eröffnet, und die fürnehmste Mittel die Heiligkeit zu erlangen verwirfft, können ja die, so sich zu

solcher

non possunt. Unde ne unicum quidem Sanctum inter suos numerant.

4. At numerant Martyres.

Siqui Sectariorum proscriptionem, exilium, tormenta mortémque ipsam pertulêre, æquè parùm sunt Martyres, ac cives perduelles, milites transfugæ, aut patriæ proditores &c. qui idcirco exilio, aut morte mulctantur. *Non enim pœna, sed causa Martyrem facit*, S. Augustino teste.

5. Quodnam Catholicos inter & Acatholicos Doctores discrimen?

Id ex eorundem scriptis & lucubrationibus luculenter apparet. Libris certè vel à solo Luthero, ut alios taceam, editis, vix quidquam arrogantius, insolentius, petulantius, scurrilius, obscœnius, impudentius, perversius, in DEum ac Cœlites, sacrum item profanúmque magistratum contumeliosius &c. usquam legeris. Contraria omnia invenies in SS. Augustini, Ambrosii, Gregorii, cæterorúmque Patrum & Ecclesiæ Doctorum libris ac monumentis.

§. 10.
De Miraculis.

1. Sempérne Ecclesia miraculis inclaruit?

Hoc nemo prudens in dubium vocaverit, ob tot támque indubitata Seculorum omnium monumenta, virorúmque sanctitate & doctrina præstantium testimonia. Et sicut imprudentis est, nimiúmque creduli, fidem illico habere narrationi cuivis, ab ipsis interdum heterodoxis, ut sic authentica quoque

solcher Lehr bekennen, keines Wegs heilig seyn. Daher sie auch nicht einen einzigen Heiligen haben.

4. Sie haben aber Martyrer.

Wann einige aus denen Sectirern die Verweisung ins Elend, Pein und Marter, ja den Tod selbst haben ausgestanden, seynd sie eben so wenig Martyrer, als die wider ihre rechtmäßige höchste Obrigkeit sich empörende Unterthanen, oder ausgerissene Soldaten, oder Verräther des Vatterlands, welche deßwegen müssen das Land räumen, oder ihr Leben lassen; allermassen nicht die Pein oder Marter, sondern die Ursach einen zu einem Martyrer macht, wie der Heil. Augustinus anmerckt.

5. Was ist zwischen denen Catholischen und uncatholischen Lehrern für ein Unterscheid?

Dieser zeigt sich klar in ihren Schrifften. Man durchblättere nur die von Luther, anderer zu geschweigen, in öffentliche Druck herausgegebene Bücher, welche so ärgerlich, so gottloß, daß man kaum was stoltzers und hochtrabenders, meisterlosers, muthwilligers, lotterbübischers, unflätigers, unverschämters, boshaffters, GOtt und seinen Heiligen, auch Geist- und weltlicher Obrigkeit schimpfflichers und ehrenrührigers etc. irgendwo wird gelesen haben. Nichts dergleichen, sondern gerad das Widerspiel befindet sich in den hinterlassenen Schrifften der heiligen Augustini, Ambrosii, Gregorii, und übrigen Vätter und Kirchen-Lehrer.

10. Absatz.

Von denen Wunderzeichen.

1. Ist die Kirch GOttes jederzeit an Wunderzeichen scheinbar gewesen?

Dieses kan niemand, der nur eine Vernunfft hat, in Zweiffel ziehen, wegen so vielen und unfehlbaren Urkunden von einem Jahr-Hundert zum andern, auch unlaugbaren Zeugnussen so vieler heiligen und gelehrten Männer. Und gleichwie jener für unweiß, und allzuleichtglaubig zu halten, der einer jeden Erzehl- und Zeitung, die bisweilen von denen Uncatholischen

que miracula in suscipionem adducant, confictæ ita miraculis ab Ecclesia tanta, qua major excogitari non potest, circumspectione & accuratione examinatis, probatisque fidem velle abrogare summa profectò imprudentia foret, atque temeritas, Sanctum certè Xaverium multa magnáque patrâsse miracula, vel ipsi heterodoxi scriptores ultrò fatentur.

2. Num apud Sectarios quoque fiunt miracula?

Nullum in hanc usque horam ostentare; ac ne verisimiliter quidem confingere & comminisci potuêre; quamvis id sæpius tentarint, at sinistro semper eventu, summóque suo dedecore & ignominia. Sic Lutherus Cacodæmonem ex puella obsessâ ejecturus, in summas adductus est angustias; & Calvinus simulatè mortuum resuscitaturus, revera mortuum deprehendit.

Juvat hactenus dicta concludere his S. Augustini verbis Tom. 6. contra Epist. Manich. c. 4. *Multa sunt alia, quæ in Ecclesiæ Catholicæ gremio me justissimè teneant. Tenet consensio populorum atque gentium; tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata. Tenet ab ipsa Sede Petri Apostoli, cui pascendas oves suas post resurrectionem suam Dominus commendavit, usque ad præsentem Episcopatum successio Sacerdotum; tenet postremò ipsum Catholicæ nomen &c.* Nihil simile sectæ habent aliæ, quod quemque jure possit ad se allicere ac tenere.

Id

tholischen selbst, um hierdurch auch die bewährte Wunderzeichen verdächtig zu machen, erdichtet und ausgesprengt wird, alsogleich Glauben beymisset: also wäre es hingegen ein grosser Unverstand und Vermessenheit, jene Wunderwerck annoch wollen in Zweiffel ziehen, welche von der Kirch mit so grossem und allem nur erdencklichen Fleiß, Sorgfalt, Behut- und Aufmercksamkeit untersucht und gut geheissen worden. Daß benanntlich der Heil. Xaverius viel und grosse Wunder gewürckt, gestehen so gar die uncatholische Scribenten.

2. Geschehen auch bey denen Uncatholischen einige Wunderzeichen?

Nicht ein einiges haben sie bis auf diese Stunde aufzuweisen; ja so gar keines wahrscheinlich ausdencken und erdichten können; ob sie schon sich dessen zum öfftern unterstunden, doch jederzeit mit sehr unglücklichem Erfolg und ihrem grösten Spott und Schand. Also da Luther den Teuffel aus einer besessenen Weibs-Person wolte austreiben, geriethe er darbey in die äusserste Aengsten: und als Calvin einen, der sich mußte todt stellen, wolte zum Leben erwecken, fand er denselben Stein-todt.

Nun beschliesse ich, was bisher ward gemeldt, mit den Worten des Heil. Augustini: **Es seynd noch viel andere Ding, die mich im Schoß der Catholischen Kirch billigster massen halten und erhalten. Es erhält mich die Ubereinstimmung der Völcker und Nationen: es erhält mich das hohe Ansehen, so mit Wunderzeichen den Anfang genommen, so durch die Hoffnung ernehrt, durch die Lieb vermehrt, durch das Alterthum bewährt worden: es erhält mich die vom Stul Petri des Apostels, dem der HERR nach seiner Urständ seine Schaf zu weiden übergeben, bis auf gegenwärtiges Bißthum fürwährende Nachfolge der höchsten Priester: es erhält mich endlich der Nahm Catholisch selbst &c.** Nichts dergleichen ist bey andern Secten zu finden, so einen billig kunte an sich locken, oder halten und erhalten.

Id demum observari velim, Acatholicos conqueri minimè posse de acerbiore forsan Scriptorum Catholicorum stylo. Nam ut taceam enormem prorsus maledicentiam, qua Lutherus, Calvinus, aliíque hæresiarchæ in sacrum æquè ac profanum magistratum atrocissimè debacchati sunt, hodiedum Sectarii non cessant immanibus passim conviciis & maledictis contumeliosissimè proscindere Ecclesiam Catholicam, Romanósque præcipuè Pontifices, ut sic despectos omnibus & invisos reddant. At verò si Catholicorum quispiam eorum fraudes, mendacia, calumnias, hæresin, sectæque falsitatem evidentibus demonstrat argumentis, mox tanquam pacis violatorem in crimen & jus vocant ii ipsi, qui Catholicos velut *abominandos idololatras*, *artólatras*, *asseclas Antichristi*, *meretricis Babylonicæ spurios abortus &c.* passim traducunt, & quotquot abjurata hæresi, ad Religionem Catholicam, à qua ipsorum progenitores fraudulenter fuêre abducti, Deo duce & auspice revertuntur, hos *apostatas*, hos religionis desertores & transfugas appellare audent.

Faxit DEus, ut omnes ac singuli, ii inprimis, qui non tam sua malitia, quàm infelici nascendi conditione extra ecclesiam Catholicam, ac proinde extra Christi ovile degunt, oculos tandem aliquando aperiant, & ad Religionem avitam, quam nostri æquè & illorum majores tot Seculis constantia verè Germana coluêre, regrediantur, fraternámque illam conjunctionem & concordiam, annis abhinc ampliùs ducentis horrendo illo schismate fœdè scissam & dilaceratam postliminio reducant!

Quàm

Lezlich solle auch dieses noch angemerckt werden, daß die Uncatholische sich keines Wegs können beklagen, wann etwan die Catholische Scribenten einer schärffern Schreib-Art wider selbe sich bedienen. Dann nichts zu melden von jenen ungeheuren Lästerungen, mit denen Luther und Calvin nebst andern Ketzern die geistlich-so wohl als weltliche Obrigkeit gantz wütend und grausamlich angefallen, so hören die Sectirer noch heut zu Tag nicht auf mit greulich und entsetzlichen Schmach-Reden und Schelt-Worten die Catholische Kirch, und sonderlich die Römische Päbst, um selbe hierdurch bey jedermann veracht und verhaßt zu machen, ehrenschänderischer Weise zu lästern und zu beschimpffen. Wann hingegen einer aus denen Catholischen ihre Betrügereyen, Lügen, Verleumdungen, Ketzerey, Irrthum und Falschheit ihrer Sect mit augenscheinlichen Proben gründlich darthut und beweiset, wird solcher gleich als ein Friedens-Stöhrer bezüchtiget, und für Gericht gefordert von eben denjenigen, welche die Catholische verfluchte Abgötterer, Brot-Anbetter, Anhänger des Antichrists, Kinder der Babylonischen Hur ꝛc. nennen und öffentlich ausruffen. Ja sie dörffen so gar diejenige, so die Ketzerey abschweren, und zur Catholischen Religion, von welcher ihre Vor-Eltern betrüglicher Weise seynd abgewendet und entführt worden, mit GOttes-Hülff wiederkehren, für Abtrünnige, für Uberläuffer, für Mammelucken halten und ausschreyen.

GOtt gebe, daß alle und jede, sonderbar jene, welche nicht so fast aus eigener Bösheit, als ihrer Geburt und Auferziehung halber, ausser der Catholischen Kirche, und folgsam ausser dem Schafstall Christi sich befinden, endlich die Augen eröffnen, und zu der uralten Religion, dero so wohl unsere als ihre Vor-Eltern so viel hundert Jahr lang mit recht Teutscher Standhafftigkeit angehangen, wieder kehren, und jene Brüderliche Einträchtigkeit, welche vor zweyhundert Jahren durch jene greuliche Spaltung jämerlich zertrennt und zerrissen worden, wieder zurecht bringen.

Quàm exoptata Ecclesiæ universæ, quàm patriæ totíque Romano Imperio salutifera, quàm utilis & quæstuosa quotidiano foret commercio hæc priscæ illius concordiæ redintegratio! Cessaret tunc protinus omnis simultas, diffidentia, discordia, rixæ, jurgia, animorum exulceratio, & alienatio, tótque ac tam diuturnis calamitatibus perpetua veréque Christiana pax, amor & concordia, sincera, qualis inter fratres, necessitudo & familiaritas, suavis animorum consociatio, jucundáque voluntatum succederet conspiratio.

Omnia ad majorem DEI Gloriam,

Uniúsque, Sanctæ, Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ incrementum.



Wie trostreich und erwünschlich für die alte allgemeine Kirch, wie heilsam für das Vatterland und gesammte Römische Reich, wie ersprießlich und einträglich für den alltäglichen Handel und Wandel wäre nicht solche Wiederversöhn- und Vereinbarung! Es wurde so dann gleich aufhören aller Haß und Groll, Mißtrauen, Uneinigkeit, Zanck und Hader, Verbitter- und Trennung der Gemüther, und an statt so vieler, grosser, und langwüriger Bedrangnussen und Trübsalen ein daurhaffte Christliche Freundschafft, Fried, Lieb und Einigkeit, ein Brüderliches Vertrauen, und allgemeine Verständnus, ein süsse Verknüpff- und Ubereinstimmung aller Gemüther und Hertzen hergestellt werden.

Alles zu grösserer Ehr GOttes und Aufnahm der Alten/ Catholischen/ Apostolischen/ Heiligen/ und allein Seeligmachenden Kirche.



Tabula Chronologica
Summorum Pontificum &c.

* *Antipapas denotat.*

Seculum primum.

Series Pontificum.	ſedit usq;ad	Concilia, hæreſes &c.
S. Petrus	65	Concil. Hiero1. præſidente S. Petro.
S. Linus	67	
S. Clemens	77	Simon magus in prætendenda Eccleſiæ reformatione, repudiando libero hominis arbitrio, bonis operibus, Sacerdotum cælibatu &c. magiſter hodiernorum hæreticorum. Menandriani, Cerinthiani, Ebionitæ, Nicolaitæ &c.
S. Cletus	83	
S. Anacletus	95	
S. Euariſtus	108	

Seculum ſecundum.

S. Alexander	116	Saturninus, Baſilides, Carpocrates, Gnoſtici, Valentinus, Chiliaſtæ, Cerdo, Marcion, Montanus Phryx, unde Cataphryges, Encratitæ Tatiani ſectatores, Prodicus Adamitarum parens, Aquila Ebionita, & Theodotion Marcionita, infidus uterque Bibliorum interpres, Lucianus ex Chriſti deſertore atheus &c.
S. Sixtus	126	
S. Teleſphorus	137	
S. Hyginus	141	
S. Pius	151	
S. Anicetus	161	
S. Soter	170	
S. Eleutherius	185	
S. Victor.	197	
S. Zephyrinus	217	

Secu-

Seculum tertium.

Series Pontificum.	sedit usq;ad	Concilia, Antipapæ, hæreses &c.
S. Callistus	222	*Novatianus primus Antipapa contra S. Cornelium. Tertullianistæ, Origenistæ, Novatiani, qui & Cáthari sive Puri. Rebaptizantes, Angelici, Apostolici, Sabelliani, Paulianistæ Pauli Samosateni sectatores, Manichæi, quorum auctor Manes, qui se Spiritum Sanctum Paracletum à Christo promissum professus, hæreses Cerdonianorum, Marcionitarum, Carpocratianorum, Gnosticorum, aliorúmque præcedentium instaurabat &c.
S. Urbanus	230	
S, Pontianus	235	
S, Anterus	236	
S, Fabianus	250	
S, Cornelius	252	
S. Lucius	253	
S, Stephanus	257	
S, Sixtus II.	258	
S, Dionysius	269	
S. Felix	274	
S, Eutychianus	283	
S, Cajus	296	
S. Marcellinus	304	

Seculum quartum.

S. Marcellus	310	Concil. gen. I. Nicæn. 325.
S. Eusebius	310	Concil. gen. II. Constantinop. 381.
S, Melchiades	314	* S. Felix II. adversus Liberium ab Arianis primùm intrusus, dein ab Ecclesia receptus. * Ursicinus adversus Damasum.
S. Silvester	335	Donatistæ, Meletiani, Ariani & Semiariani, Colluthiani, Circumcelliones, Anthropomorphitæ, Photiniani, Macedoniani, Eustathiani, Eunomiani sive Aetiani, Aeriani, Luciferiani, Apollinaristæ, Priscillianistæ, Helvidiani, Jovinianistæ, Discalceati, Collyridiani &c.
S, Marcus	336	
S. Julius	352	
S. Liberius	366	
S. Damasus	384	
S. Siricius	398	
S. Anastasius	401	

Seculum quintum.

Series Pontificum.	ſedit usq; ad	Concilia, Antipapæ, hæreſes &c.
S. Innocentius	417	Concil. gen. III. Epheſin. 431.
S. Zoſimus	418	Concil. gen. IV. Chalcedonenſe. 451.
S. Bonifacius	422	* Eulalius adverſus Bonifacium.
S. Cæleſtinus	432	* Laurentius adverſus Symmachum.
S. Sixtus III.	440	Vigilantius, Pelagiani, Neſtoriani, Se-
S. Leo M.	461	mipelagiani ſive Maſſilienſes, Euty-
S. Hilarius	468	ches & Dioſcorus, Pacificatores ſive
S. Simplicius	483	Tepidi, Petrus Cnapheus ſive Fullo
S. Felix III.	492	Theopaſchitarum dux, Philóxenus,
S. Gelaſius	496	Prædeſtinatiani, Angelitæ &c.
S. Anaſtaſius II.	498	
S. Symmachus	514	

Seculum ſextum.

S. Hormiſdas	523	Concil. gen. V. Conſtantinopolit. 2. A. 553.
S. Joannes	526	* Dioſcorus adverſus Bonifacium II.
S. Felix IV.	530	* Vigilius in ſedem Romanam intruſus
S. Bonifacius II	432	vivente Silverio, dein legitimus
S. Joannes II.	535	Pontifex, fideíque Catholicæ vin-
S. Agapetus	536	dex egregius.
S. Silverius	538	Severiani, Corrupticolæ, Phantaſia-
S. Vigilius	555	ſtæ, Acephali, Agnoëtæ, Aphthar-
S. Pelagius	560	todocetæ, Tritheitæ, Theopaſchi-
S. Joannes III.	573	tæ &c. Fercardus I. Scotorum Rex
S. Benedictus	578	ob hæreſin in carcerem detruſus.
S. Pelagius II.	590	
S. Gregorius M	604	

Secu-

Seculum septimum.

Series Pontificum.	sedit usq;ad
Sabinianus	606
S. Bonifacius III.	607
S. Bonifacius IV.	615
S. Deusdedit	618
S. Bonifac. V.	625
S. Honorius	638
S. Severinus	640
Joannes IV.	642
S. Theodorus	649
S. Martinus	655
S. Eugenius	657
S. Vitalianus	672
Adeodatus	676
Donus	678
S. Agatho	682
S. Leo II.	683
S. Benedict. II.	685
Joannes V.	686
Conon	687
S. Sergius	701

Concilia, Antipapæ, hæreses &c.

Concil. gen. VI. Constantinopol. 3. A. 680.

* Theodorus & Paschalis contra Sergium.

Gnosimachi, Monothelitæ, quorum duces Sergius Patr. Const. Cyrus Patr. Alexandr. Macarius Patr. Antiochenus; propugnatores Pyrrhus, Paulus, Petrus, Thomas, Theophilus, omnes Patriarchæ Constantinopolitani cum Imperatore Heraclio.

Mahometes Arabs, patre ethnico, matre Judæa ortus, idémque Christianis imbutus sacris, ex Arianismo, Judaismo, ethnicismo, &c. monstrosissimam, adjutore Sergio pseudomonacho, conflavit sectam, qua corruptæ carni indignè blandiens, plurimos brevi asseclas nactus est, homo cætera inops, ignobilis, illiteratus, barbarus, versipellis, truculentus, epilepticus, rapto & latrociniis vivere assuetus, religionisque prætextu ad augendam potentiam impiè abuti solitus &c.

Seculum octavum.

Series Pontificum.	ſedit usq; ad	Concilia, Antipapæ, hæreſes &c.
Joannes VI.	705	Concil. gen. VII. Nicæn. 2. A. 787.
Joannes VII.	707	* Conſtantinus contra Stephanum IV.
Siſinnius	708	Iconoclaſtæ & Iconomachi ſive ſacrarum Imaginum everſores & oppugnatores, quorum primi erant Judæi, dein Mahometani, poſtea Leo Iſauricus Imperator & Hæreſiarcha, utpote qui impulſore Hebræo ſacrilegum atrociſſimúmque ſacris Imaginibus bellum intulit, hæreſeos idcirco damnatum cum filio Copronymo, & nepote Leone IV. à Concil. gen. VII. Felix Urgelitanus, & Elipandus &c.
Conſtantinus	715	
S. Gregorius II.	731	
S. Gregorius II.	741	
S. Zacharias	752	
Stephanus II.	752	
Stephanus III.	757	
S. Paulus	767	
Stephanus IV.	772	
Hadrianus	795	
S. Leo III.	816	

Seculum nonum.

Series Pontificum.	ſedit usq; ad	Concilia, Antipapæ, hæreſes &c.
Stephanus V.	817	Concilium gen. VIII. Conſt. 4. A. 869.
S. Paſchalis	824	* Zinzinus adverſus Eugenium II.
Eugenius II.	827	* Anaſtaſius adverſus Benedict. III.
Valentinus	827	* Sergius contra Formoſum.
Gregorius IV.	844	* Bonifacius VI. contra Stephanum VIII.
Sergius II.	847	
S. Leo IV.	855	Gotteſcalcus hæreſin Prædeſtinatianorum; Nicephorus, Leo Armenus, Michaël Balbus, Theophilus, Orientis Imperatores, hæreſin Iconoclaſtarum inſtaurârunt, infelici omnes morte ſublati, Photius humanioris litteraturæ tam gnarus, quàm ignarus divinæ, poſtquam in ſedem Conſtantinop. pulſo per ſummum nefas S. Ignatio, intruſus eſt,
Benedict. III.	858	
S. Nicolaus	867	
Hadrian. II.	872	
Joannes VIII.	882	
Marinus I.	884	

Series Pontificum.	sedit usq; ad	Concilia, Antipapæ, hæreses &c.
Hadrianus III.	885	est, schisma teterrimum contra Ecclesiam Romanam excitavit, damnatus à Concil. gen. VIII. & à Basilio Imperatore missus in exilium, decémque pòst annis revocatus, & mortuo S. Ignatio, in sedem Const. restitutus, annuente quoque, pacis ergo, Joanne VIII. Sed cùm litteras Pontificias adulterâsset, legatos Apostolicos veteratoriis suis artibus in fraudem illexisset, ac pseudosynodum, quam Oecumenicam VIII. nuncupavit, coëgisset, rursus ab eodem Pontifice condemnatus est, mortuóque Basilio Imperatore à Leone *Sapiente* de sede, quam tyrannicè tenuerat, deturbatus, & in monasterium detrusus est.
Stephanus VI.	891	
Formosus	896	
Stephanus VII.	897	
Romanus	898	
Theodorus	898	
Joannes IX.	909	

Seculum decimum.

Benedictus IV.	903	* Leo VIII. ab Othone I. Imperatore in sedem Romanam intruditur, vivente etiam tum Joanne XII. à quo paulò pòst inde expellitur. Mortuo Joanne, eligitur ab Romanis Benedictus V. refragante Cæsare, qui, Benedicto Hamburgum relegato, Leonem Antipapam restituit, Deo mox injuriam, Vicario suo illatam ulciscente. Ne porrò acta Leonis VIII. Pseudopapæ nomine edita cum veri Pontificis actis confunderentur, qui idem exinde nomen assumpsit, Leo IX. appellari debuit; id quod alios quoque Pontifices facti-
Leo V.	903	
Christophorus	904	
Sergius III.	911	
Anastas. III.	913	
Lando	914	
Joannes X.	928	
Leo VI.	929	
Stephan. VIII.	931	
Joannes XI.	936	
Leo VII.	938	

Series Pontificum.	sedit usq; ad	Antipapæ, hæreses &c.
Stephan. IX.	942	factitâsse constat. * Bonifacius contra Bened. VII. * Joannes XVI. contra Gregorium V. Hoc item Seculo turbulentissimo quorundam ItaliæPrincipum præpotenti factione & tyrannide quatuor aut quinque Pontifices in sedem Pontificiam sacrilegè fuère intrusi; quos tamen Ecclesia acerbiorum malorum metu recipiendos censuit.
Marinus II.	946	
Agapetus II.	956	
Joannes XII.	964	
Benedict. V.	965	
Joannes XIII.	972	
Benedict. VI.	974	
Donus II.	975	
Benedict. VII.	984	
Joannes XV.	985	
Joannes XVI.	996	
Gregorius V.	999	
Silvester II.	1003	

Seculum undecimum.

JoannèsXVII.	1003	* Silvester III. contra Benedictum IX. * Mincius, qui Benedictnm X. se dixit, contra Nicolaum II. * Cadalous, Honorius II. dictus, contra Alexandrum II. * Guibertus, Clementis III. nomen usurpans, contra S. Gregorium VII. Berengarius primus post mille & amplius annos Christi verumCorpus in sacrosanctis offerri mysteriis inficiari ausus, hæresin invexit, ab universa semper Ecclesia damnatam. Sed resipuit tandem, id dolens summopere, quòd tot animas quondam adolescens primo erroris calore in execrandam induxerit hæresin.
JoañesXVIII.	1009	
Sergius IV.	1012	
Benedict. VIII	1024	
Joannes XIX.	1033	
Benedict. IX.	1044	
Gregor. VI.	1046	
Clemens II.	1047	
Damasus II.	1048	
S. Leo IX.	1054	

Series Pontificum.	sedit usq; ad	Concilia, Antipapæ, hæreses &c.
Victor II.	1057	Michaël Cerularius Patriarcha Constantinopolitanus azymorum usum Latinis exprobrans, Græcum schisma, nuper extinctum, resuscitat &c.
Stephan. X.	1058	
Nicolaus II.	1061	
Alexand. II.	1073	
S. Gregor. VII.	1085	
Victor. III.	1087	
Urban. II.	1099	

Seculum duodecimum.

Paschalis II.	1118	Concil. gen. IX. Lateran. 1. A. 1122.
Gelasius II.	1119	Concil. gen. X. Lateran. 2. A. 1139.
Callistus II.	1124	Concil. gen. XI. Lateran. 3. A. 1179.
Honorius II.	1130	* Mauritius Burdinus, Gregorii VIII. nomen sibi arrogans, contra Gelasium II. * Petrus Leonis, dictus Anacletus II. * Victor IV. contra Innocentium II. * Victor V. & * Paschalis III. & * Callistus III. contra Alexandrum III.
Innocent. II.	1143	
Cælestin. II.	1144	
Lucius II.	1145	
Eugen. III.	1153	
Anastas. IV.	1154	
Hadrian. IV.	1159	
Alexand. III.	1181	Basilius Bogomilorum coryphæus igne damnatus, Tanchelinus à S. Norberto debellatus, Petrus de Bruis, Petrus Abailardus, Arnaldus Brixiensis, Gilbertus Porretanus, Waldenses seu Pauperes de Lugduno, quorum reliquiæ in vallibus Alpium Cottiarum, Albigenses &c.
Lucius III.	1185	
Urban. III.	1187	
Gregor. VIII.	1187	
Clemens III.	1191	
Cælestin. III.	1198	

Secu-

Series Pontificum.	ſedit usq; ad	Concilia, Antipapæ, hæreſes &c.
		Seculum decimum tertium.
Innocent. III.	1216	Concil. gen. XII. Lateran. 4. A. 1215.
Honorius III.	1227	Concil. gen. XIII. Lugdun. 1. A. 1274.
Gregor. IX.	1241	Concil. gen. XIV. Lugdun. 2. A. 1245.
Cæleſtin. IV.	1241	Almaricus Carnotenſis, David Dinan-
Innocent. IV.	1254	tius, Guilielmus de S. Amore & De-
Alexand. IV.	1261	ſiderius Longobardus, Religioſæ
Urban. IV.	1264	uterque paupertatis hoſtis, Stadin-
Clemens IV.	1268	ghi, Circumcelliones, ab antiquis
B. Gregor. X.	1276	illis è Donatiſtarum ſecta longè di-
Innocent. V.	1276	verſi, Flagellantes, Fraticelli, qui
Hadrian. V.	1276	& Fratres Spirituales ſeu de paupe-
Joann. XXI.	1277	re vita, ac Biſochi ſunt appellati,
Nicolaus III.	1280	Hermannus Pongilupus infamis
Martin. IV.	1285	ſectæ novorum Gnoſticorum pa-
Honorius IV.	1287	rens, Gerardus Segarelli Pſeudoa-
Nicolaus IV.	1292	poſtolorum ſectæ fœdis dogmati-
S. Cæleſtin. V.	1296	bus & libidinibus inquinatæ condi-
Bonifac. VIII.	1303	tor &c.
		Seculum decimum quartum.
Benedict. XI.	1304	Concil. gen. XV. Viennenſe A. 1311,
Clemens V.	1314	ubi extincti Templarii.
Joann. XXII.	1334	* Petrus Corbarius, Nicolaus V. dictus,
Benedict. XII.	1342	contra Joannem XXII. * Robertus
Clemens VI.	1352	Gebennenſis, Clementis VII. aſ-
Innocent. VI.	1362	ſumpto nomine, contra Urbanum
B. Urbanus V.	1370	VI. * Petrus de Luna Benedicti
Gregor. XI.	1378	XIII. nomen ſibi arrogans, con-
		tra Bonifacium IX. ejúsque ſucceſ-
		ſores, ad mortem usque, anno An-
		tipapatus ſui trigeſimo obitam,
		prætenſæ ſuæ dignitatis retinentiſ-
		ſimus.

Beguardi

Series Pontificum.	sedit usq; ad	Concilia, Antipapæ, hæreses &c.
Urbanus VI. Bonifac. IX.	1389 1404	Beguardi & Beguinæ, Dulcinus, à quo Dulcinistæ, Turlupini, Joan. Wicleffus &c.

Seculum decimum quintum.

Innocent. VII. Gregor. XII. Alexand. V. Joann. XXIII. Martin. V. Eugenius IV. Nicolaus V. Callistus III. Pius II. Paulus II. Sixtus IV. Innoc. VIII. Alexand. VI.	1406 1409 1410 1415 1431 1447 1455 1458 1464 1471 1484 1492 1503	Concil.gen.XVI.FlorentinumA.1439. Greg. XII. exauctoratus in Concil. Pisano 1409. Joann. XXIII. verò in Concil. Constantiensi 1415.*Mortuo Petro de Luna duo reliqui ejus Cardinales Antipapam elegêre Ægidium, Canonicum Barcinonensem, Clementem VIII. dictum, quo post annum sui Antipapatus quintum Martino V. se subjecit, sicque demum schisma 52. annorum extinctum est. * Amadeus Felicis V. nomine assumpto, electus à Concil. Basileensi contra Eugenium IV. & Nicolaum V. cui se ultrò submisit A. 1449. ex quo tempore nullus porrò Antipapa Christi Vicario se opposuit. Joannes Hus, à quo Hussitæ, qui & Calixtini, in tres factiones Thaboritarum, Orebitarum, & Orphanorum distincti, Picardus novorum Adamitarum parens Hermannus Riswich, qui licèt doceret animam mori cum corpore, maluit tamen vivus comburi, quàm hæresin suam abjurare.

Secu-

Series Pontificum.	ſedit usq; ad	Concilia, hæreſes &c.

Seculum decimum ſextum.

Pius III.	1503	Concil. gen. XVII. Lateran. 5. A. 1511. Concil. gen. XVIII. Tridentinum A. 1545. Lutherus, Zwinglius, Calvinus, Carolſtadius, Oecolampadius, Bucerus, Melanchthon, Brentius, à quo Ubiquietarii, Servetus, Sociniani, Oſiandriani, Stancariani, Muſculani, Farelliſtæ, Anabaptiſtæ in Münzerianos, Mennonitas, Adamitas, Davidianos, Schwenckfeldianos, Denkianos, Sabbatarios, Clancularios ſeu Fratres Hortenſes, Manifeſtarios, Tacentes, Ejulantes, Effrontes, Separatos, Enthuſiaſtas, ſive Ecſtaticos, Libertinos, Hamaxarios, Borboritas &c. diviſi, Sacramentarii, quorum alii Significativi, alii Tropiſtæ, alii Energici, alii Arrhabonarii &c. Confeſſioniſtæ in Rigidos, Molles, Recalcitrantes, rurſúmque in Antinomos, Majoriſtas, Adiaphoriſtas, Synergiſtas, Flaccianos, Biſacramentales, Triſacramentales, Quadriſacramentales, Anticalvinianos, Lutherocalvinianos, Semioſiandrianos &c. diſſecti. In Anglia Proteſtantes, Puritani, & Presbyteriani, Antipuritani, Uncti, Independentes &c. In Tranſylvania novi Samoſateni, Ebionitæ, Ariani &c.
Julius II.	1513	
Leo X.	1521	
Hadrian. VI.	1523	
Clemens VII.	1534	
Paulus III.	1549	
Julius III.	1555	
Marcellus II.	1555	
Paulus IV.	1559	
Pius IV.	1565	
S. Pius V.	1572	
Gregor. XIII.	1585	
Sixtus V.	1590	
Urban. VII.	1590	
Gregor. XIV.	1591	
Innocent. IX.	1591	
Clemens XIII.	1605	

Series Pontificum.	sedit usq; ad	Hæreses.

Seculum decimum septimum.

Series Pontificum.	sedit usq; ad	Hæreses.
Leo XI.	1605	Metaphoristæ, Pseudoirenici, Worstiani, Sibandrini, Hadrianistæ, Cornartistæ, Brunistæ, Brochtunistæ &c. In Anglia Quackerii sive Trementes, Fanatici, novi Deistæ & Sabelliani &c. In Hollandia Gommaristæ seu Demonstrantes, & Arminiani seu Remonstrantes &c. Jansenistæ, quorum avus Michaël Bajus, parens Jansenius Iprensis, fratres Calviniani &c. Michaël Molinos, Quietistarum coryphæus, Pietistæ in Visionistas, Renatos, Contemplativos, Inspiratos, Chiliastas, Calumniantes &c. divisi, Cantores Israëlis in Scotia, in Helvetia secta ex Quietismo, Anabaptismo, & Chiliasmo conflata &c.
Paulus V.	1621	
Gregor. XV.	1623	
Urban. VIII.	1644	
Innoc. X.	1655	
Alexand. VII.	1667	
Clemens IX.	1669	
Clemens. X.	1676	
Innoc. IX.	1689	
Alexand VIII.	1691	
Innoc. XII.	1700	

Seculum decimum octavum.

Series Pontificum.	sedit usq; ad	Hæreses.
Clemens XI.	1721	Quesnellus Jansenianæ factionis per Galliam, Bataviam &c. hoc maximè tempore grassantis dux, Beccarellus errorum ac scelerum Mich. Molinosii instaurator, Venetiis in carcere mortuus &c.
Innoc. XIII.	1724	
Benedict. XIII.	1730	
Clemens XII.	.	
Vivat feliciter.		

O. A. M. D. G.

Errata.

Pag.	v.	
7	14	der *lege* Der
36	1	è variis *l.* à variis
- -	30	Liberi *l.* Liberii
70	28	Benenedictus *l.* Benedictus
17	4	*post* solle auch *adde* die
109	34	Ertz-Bischoffen *l.* Ertz-Bischoff
111	9	Bischoff *l.* Bischöff
119	37	zu erkennet *l.* zuerkennet
147	25	die Kirchen *l.* die Kirch
- -	28	wåren *l.* wåre
176	16	ne huic, nec *l.* nec huic, nec
179	3	garstigen *l.* garstigsten
187	34	strengen Observantz *l.* strengern Observantz
203	9	der Seelige *l.* die Seelige
209	26	*post* Ehegemahlin *adde* Eleonora Charlotte
218	12	*post* cernitur; *adde* Joannis quidem, quando decollationis historia legitur;
219	18	Barjo *l.* Bari
227	23	frisch *l.* frech
236	19	*post* omnino *dele* cum
- -	20	cum scateat *l.* cùm scateat
246	19	quàm *l.* quam
247	13	Constantinum *l.* Constantium
260	15	ipsius *l.* ipsus
270	17	*post* fervor *adde* comma
274	23	Petvi *l.* Petri

VI. Wercklein.